Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# De ortu et occasu signorum libri duo,

https://hdl.handle.net/1874/451906

2

# DE ORTV ET OCCASV SIGNO-RVM LIBRI DVO,

FRANCISCO SIRI-GATTO AV-TORE.



VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM, 1536.

IANVS ANYSIVS BERNARDINO MARTYRANO S. D.

VTINAM non tam multi eſſent Martyrane, qui aut ſibi alienos labores aſcribũt, aut neſcio quo malo liuore, libros & autores bonos ſupprimunt, ambitioſe pluteos ornantes, codicesq́ꝫ blattis exponentes. Quanto aliter tu, qui omni labore & impenſa inquiris libros, ut in lucem, communemq́ꝫ utilitatem proferas. O quantum tibi illorum manes debent Martyrane, & ut eadem pergas te etiam orant obſecrantq́ꝫ. Ex urbis ruinis aliquot audimus te ſeruaſſe bonos libros, qui miſeri latebant, dareq́ꝫ operã ut elegantibus typis impreſsi, aucti exeant numero millenario. Ex illo ergo malo tantum bonum erit ortum. Teq́ꝫ merito pium Aeneã appellabimus. Ille deos penates ex Ilij incẽdijs, optimos tu autores, deq́ꝫ re literaria bene meritos, ex tanta iniuria, ac propè funeſta ſeruitute, in libertatem, uitamq́ꝫ honeſtiſſimam uindicabis. Qua pietate ita tibi deuincies bonos omnes, ut tibi maximam ſint atqꝫ æternam gratiam debituri. Vale.

Leoni

# LEONI X. SVMMO PONTIFICI PERPETVAM FELICITATEM.

TAMETSI publicarum rerum adminiſtratio, ac terra mariq́ꝫ pacis regendę cura deterrere me iure poſſent beatiſsime pater, ne ſanctitatem tuã, ut pote maximis difficilimiſq́ꝫ occupatam rebus intempeſtiuus adeam, perſpecta mihi tamen clementia tua & rerum plurimaꝝ ſtudium, atqꝫ cognitio, in eam opinionẽ fiduciáqꝫ adduxere, ut exiſtimem nihil beatitudinem tuam importunũ, aut intempeſtiuum ducere, ſi quod ad ſcientię cognitionem, & ad eam maxime, quæ aſtrorum peritia dicitur, facere intelligeret, ad illam afferrẽ. Nihil enim cœlo nobilius, aut eius inquiſitione præſtãtius, tum propter humanitatis communicationẽ, tum ob rei difficultatem, nobilitateḿqꝫ materię. Nihil etiam homine dignius, quàm quũ in remotiſsimis ſit à cœlo conſtitutus locis, ad cœli ipſius, & ſtellaꝝ quę cœlo feruntur, ſecreta penetrare, & per uiſibiles creaturas ad omnium creaturarum uerum autorem inuiſibilem corporeo intuitu mentis aciem tollere, & unde ſui ortus principia traxit, eódem ſeſe per beatorum circulum feliciſsime reflectat. ubi finito peregrinationis errore, ſempiterna deniqꝫ, ac beata requie fruatur. Operæprecium iterum facturus uidebor

beatiſsime Pontifex, ſi te auſpice, ac præſide has in rempub. literariam cõferemus. Quum earũ motus, qui poſt centũ annos uix minimus ſui parte deprehenditur, id quidem uitæ humanæ ſpatiũ longiſsimum uidetur declarare. Illarꝝ item ortus & occaſus, qui præter id non facilè humana ſolertia indagari poſſunt, ab obſcuris traditi ſunt ad hanc uſq; ætatẽ autoribus, aut male interpretatis ueterum ſentẽtijs. Quo fit, ut maxima errata inoleuerint, & in ſcribendo & in docendo. Hęc igitur ſanctiſsime pater Chriſtianæ religionis cõſeruator uolens pro uirili extirpare Clau. Ptolemęi de imaginibus VII. & VIII. Almageſti tabulas in duos libros ſtatui explicare. Primus per totius anni dies aſtrorum lapſus & protinus ortus, ut ſumunt poëtæ, comprehendit. Secundus eorũdẽ ex mathematicorꝝ rationibus ſigillatim per ſuos gradus, & partes ſignabit imagines. Quãobrem & beatitudinem tuam, & ſi fieri poteſt, totum Romanæ eccleſiæ ſenatum & hortari & rogare non deſinemus, uti opuſculum noſtrum ſic legat, ut exiſtimet à nobis ſanctitatis tuæ iudiciũ propter ſingularem omnium rerum, quę in illa eſt, peritiam, magis poſtulari robur, atq; autoritatem operi, quã librorum, ſtudijq; laudem inde quæri.

Docuit diuturna obſeruatio ſtellas fixas & ad ſeptentrionẽ, & ad meridiẽ ſparſim eſſe locatas, uerꝝ inter ſe diſtantiã inuariatã habere, & quæ in zodiaco, & quæ extra zodiacũ ſunt fixę, ut incolumis maneat ordo, qui cõditus eſt, motumq; earũ eſſe cõtra

primum motũ ad ſignorum ſucceſsionem, & in uiciniſ ſignorũ regionibus collocatas cum duodecim ſignis & oriri, & occultari, declinationes uero ſuas ab æquinoctiali nõ eaſdem ſemper habentes. Nam ſtellæ, quę ſunt in medietate Sphæræ, quę eſt à pũcto tropici hyemalis ad æſtiuũ tropicũ per pũctum uernalem, procedẽdo declinationes meridianas minuunt, ſeptẽtrionales augeri uiſæ ſunt. Econtra ſtellæ, quæ ſunt in altera medietate Sphæræ, declinationes ſeptentrionales minuunt, meridianas augẽt. Maiorq́ꝫ diuerſitas uariationis reperta eſt in ijs, quę iuxta ſunt puncta æqualitatis, & minor in ijs, quæ iuxta ſunt tropica. Diſtantia uero ipſarum in longitudine à punctis æqualitatis, & ſolſtitialibus, non una manet eadem, ſed ſemper creſcit ſecundum ordinem ſigniferi procedendo. Ita ut ſtellæ, quæ Iulij Cæſaris tẽpore fuere ante pũcta tropica, & æqualitatis, modo reperiantur poſt ipſa tropica, & æqualitatis. Quantitas uero motus ipſarum in longitudine ſecundum Claudium Ptolemæum eſt ferè in C. annis uno gradu. Nam cor Leonis tempore Ptolemęi, uidelicet anno II. Antonini, diſtabat à pũcto tropico æſtiuali XXXII. grad. & medietatem fere. noſtra uero tempeſtate, uidelicet anno ſalutiferæ incarnationis MD. inuenimus diſtare à puncto tropico æſtiuo per LII. grad. XLII. min. fere. Similem quoqꝫ mutationem in alijs ſtellis inuenies à locis earũ, quæ Ptolemęus notauit. Secũdum uero Albategni conſiderationem in LXVI. annis

uno gradu ferè mouentur,& non in C. annis. nam duorum temporum interuallum eſt M C C C-L X. Fuit enim Ptolemæi cõſideratio anno Chriſti C X L. ſubtractis igitur C X L. de M D. reſtant anni M C C C L X. & differentia cordis duorum locorum eſt gradus X X. min. X I I. unde diuidendo partes X X. & min. X I I. in ſexaginta ſex, proueniunt M C C C X X. ergo non in C. annis, nec in L X V I. ſed uelociori motu. Quibus rebus ſatis cõpertum habemus, quòd omnium ſtellarum fixarum adinuicem ſit una, & eadem habitudo ſemper, & motus earum ſit motus cœli unius, in quo fixæ apparẽt. & ſimiles figuras, & ſimulacra quas ſcripſit Hipparchus, Abrachis, Ptolemęus, & alij, illas hodie habere uidemus. Quomodo autẽ & quando, & cum qua parte oriantur, ſuis locis ſigillatim de unaquaq; imagine declarabimus iuxta Ptolemæij, & Alfonſi numerum. Quãquam ex infinito illo fixarũ numero paucę admodũ notæ ſint, curſus tamen, & tempora, quibus illos peragũt, humana ſolertia paulatim aſſequuta eſt. Et quoniã ultra, citraq; ſigniferũ ſparſim collocatæ ſunt, probe inſpiciendũ eſt, ne nos gradus fallat, cũ quo oritur fixa. Nam linea à primo Arietis gradu ad polos utroſq; deducta, nobis, qui in V I. climate habitamus, pari modo non exorit. ſiquidẽ ubi pars ſeptentrionalis ſeſe extulerit, auſtralis depreſſa iacebit. ex quo fit, ut ſole primo Arietis gradu exoriente, non oriatur cum eo fixa in eadem linea ad auſtrũ poſita,

ſed

ſed aliquot poſt grad. contrà ad ſeptentrionē poſita citius exorta ſolem antecedat, ut nec cum ſole ſimul oriatᷣ, nec occidat: ideo quòd maiore circūductione Sphęræ utitur fixa, quę ab æquinoctiali circulo ad arcticum finē eſt conſtituta, quàm quæ ab ęquatore ad eū polum, qui notius appellatᷣ, eſt collocata. quæ uero in finitore recto poſita eſt, cum parte zodiaci, in qua erit, & occidit & oritur, quum poli primi motus ſint in ſuperficie horizōtis. unde mora ſtellæ diurna nocturnā æquabit. Vbi uero poli mūdi efficiuntur poli finitoris, nulla ſtellarū oritur, aut occidit. æquinoctialis enim in ſuperficie horizōtis circūuoluitur, reliqui uero circuli ei æquidiſtātes, & horizonti in circuitione ſua æquidiſtant. quare ſtellæ in hemiſperio ſuperiori nō occidunt. quę uero in inferiori ſunt hemiſperio, nō oriunᷣ. Verum unaquęq; ipſarū cœlū mediat in una circūductione, hęc ſuper terrā, illa ſub terra. Cæteri uero horizōtes ad quos æquinoctialis inclinatur, quibus alter polorum eleuatur, hāc habent conſideratione. Imaginādi enim ſunt duo circuli parui, ęquales ſibi, & à pūcto ęqualitatis æquidiſtantes, quorum uterq; finitorem contingat, hic quidem ad polum arcticum, ille uero ad polum antarcticum. quæq; igitur ſtella, quæ inter alterum paruorum circulorum, & polum noſtrum comprehenditur, neſcit occaſum. quæq; uero quæ inter polum depreſſum, & paruum circulum complectitur, nunquā oritur, nec occidit, ſed manet ſemper occulta. uerum unaquęq; illarum meridianum

attinget

attinget una circuitione perfecta, hęc ſuper terram, illa ſub terra. Reliquæ autē ſtellæ omnes, quæ inter utroſq; paruos circulos clauduntur, & oriuntur, & occidunt, & cœlum mediāt. Tempora uero reuolutionum ęqualia cenſebunt. tempus enim quo ſtella à parte meridiani ſupra terram ad partē meridiani ſub terra, aut econtra perducitur, tempori quo ad principium motus reuertitur, æquale eſt. quando omnes paralellos, in quibus itinera ſtellarū metiuntur, meridianus per ęqualia ſcindit. Quod autē tempus ortui, atq; occultationi interiacet, inæquale eſt tēpori, quo ſtella ab occaſu ad ortū ſub terra reuertit. hoc quidē in omni horizōte obliquo fit, dēptis tamen ſtellis, quę in ęquinoctiali ſunt circulo, quibus ſuper terrā, & ſub terra æqualē morā tribuit æquinoctialis horizōte per medium ſecto. Amplius quæ ab ortu ſtellæ mora eſt, ad mediationem cœli ſuper terram æquatur moræ, quæ à mediatione cœli ad occaſum labitur. meridianus enim portiones parallellorum, quę ſupra horizōte ſunt, oēs per mediū diuidit. Idē accidit ſub horizōte. tēpus enim quod ponit ſtella à mediatione cœli ſupra terrā ad eius occaſum ĩ Sphęra recta ęquale eſt tēpori, qđ trāſit ab occaſu ad imū cœli. in Sphæra uero obliqua inęquale ſemper eſt, niſi ſtellę ſint in ęquatore. Similiter tempora, ab imo cœlo ad ortū, æqualia ſunt in Sphęra recta. in obliqua uero nō, niſi in ipſo ęqualitatis circulo ſtellā reperias. Accidit deniq; in Sphæra recta quod omnes ſtellæ cœlū ſimul mediantes, & ſimul

orian

or iantur,& ſimul occidãt. In ſphæra decliui nõ ſic. ſed ſtellarum,quæ cœlum mediãt, una quæ ſeptentrionalior eſt, meridianam oriendo præuenit, occidendo ſubſequitur. Eſt inſuper declarandum nonnullas habitudines, quas ſtellę ad ſolẽ & horizontẽ habent, ut facilius noſtrũ intelligatur Kalendariũ. quas in ſex modos partiemur. Sed prius de anni diuiſione aliqua dicenda ſunt. Diuerſi diuerſas circa anni quantitatẽ cõſiderationes habuere. Olim annus qui nũc è XII.conſtat menſibus,non eã,quam hodie, rationem habebat. Nam propter paruã rerꝫ cœleſtium cognitionem,diuerſus erat, aliusq́ꝫ apud alios populos habebatur. Et Romæ quidem primũ decem fuit menſium, poſt XII. Numa Pompilio autore.ac ne tum quidem ipſe ſibi conſtabat. donec Iulius Cæſar eũ probe cõſtituit.cuius menſes ita diſtribuit, ut alios è pluribus, alios è paucioribus diebus ſtatueret,adiecta poſt quadriẽniũ die una. Quę Cæſaris diſtributio, tametſi certa ſit,in aliquo tamẽ differt ab aſtronomis. Vetuſtiſsimi eñ Aegyptiorꝫ annum ſolarem, reditionẽ ſolis ad aliquã ſtellarum fixarũ eſſe dicebant. inueneruntq́ꝫ id fieri in CCC LXV. diebus, & quarta diei, & CXXX. parte diei. Verum hęc anni aſsignatio non conuenit, propterea ꝙ ſtellæ fixæ motũ ſeparatũ habeant à motu totius. pariq́ꝫ ratiõe reuerſio ſolis ad Saturnũ,uel Ioue dici debeat annus. Ideo Hipparchus dixit annũ eſſe reditũ ſolis ad aliquod punctũ æquinoctij, aut ſolſtitij. Quantũ itaqꝫ temporis eſt ab ingreſſu ſolis

 in pun

in punctum æquinoctij autūnalis uſq; ad proximū eius ingreſſum in idem punctum, tantā quantitatē annus habere dicitur. quā ipſe reperit CCCLXV. dierum, & quartæ unius. Ptolemeus uerò dixit eſſe CCCLXV. & quartæ unius, minus CCC. parte diei. & hanc eandem anni quantitatem reperit ſimili uia per plures obſeruationes. Deinde Albategni poſt Ptolemeum annis DCCXLIII. obſeruans, conſiderationem ſuam cum Ptolemei conſiderationibus comparãdo, reperit in CVI. annis unum diem deficere à numero dierum, quem CVI. anni conſtituunt, dum quilibet fit ex CCCLXV. diebus, & quarta unius, minus CVI. parte diei, quæ eſt XIII. minu. horæ, & tres quintæ unius minuti. Nam conſideratio Albategni fuit poſt iam dictam Ptolemei annis DCCXLIII. Aegyptijs, CLXXVIII. diebus, cum medietate & quarta diei, minus duabus quintis unius horæ. Ptolemeus enim in Alexandria conſiderauit, Albategni uerò in Arata, quæ eſt orientalior X. grad. & æqualitas Albategni fuit poſt ſolem ortum hora una, & duabus tertijs unius. Sic ultra dies integros in interuallo fient horæ XV. & tres quintæ unius ferè. Anni autem ſolares DCCXLIII. uno quoque ex CCCLXV. diebus, & quarta conſtante, ſunt anni Aegyptij DCCXLIII. & CLXXXV. dies, horæ XVIII. qui excedunt ipſum interuallum in VII. diebus & minutis horæ XXV. quæ ſi diuiſa fuerint per DCCXLIII. annos ſolares,

fiet,

fiet, ut ſingulis annis contingant X I I I. minu. hor. & tres quintæ unius minu. Poſuit igitur annum C C C L X V. dies, V. hor. X L V I. minu. & duas quintas unius, hoc eſt, X X I I I I. ſecundas. Nouiſsime uerò Alfonſus dixit annum conſtare ex C C C L X V. diebus, & X I I I I. minutis, X X X I I I. ſecūdis, I X. tertijs, L V I I. quartis, I I I I. quintis X X I I I I. ſextis. Propter has igitur uarietates de quantitate anni Thebit Chora cauſam huius diuerſitatis inquirens, motū octauæ ſphæræ, quē trepidationis dicimus, ſuper duobus circulis paruis, in quibus capita Arietis, & Libræ, circunferuntur, inuenit. qua poſitione tam uariationes declinationum eclipticæ, quàm anni uarias quātitates ſaluare nititur. dixitq́ anni quantitatem nō eſſe tempus ab æquinoctio ad ſimile æquinoctiū, nec à ſolſtitio ad ſimile ſolſtitiū, ſed reditum ſolis ab aliquo pūcto eclipticæ mobilis in idem punctum. Hæc de anni quantitate. nunc ad rem noſtram. Prima igitur habitudo erit ortus matutini, dum ſcilicet ſol, & ſtella ipſa in orientali horizonte ſtatuuntur. Huic tres ſunt modi. unus quādo ſtella ſub radijs ſolis exiſtēs ſtatim poſt ſolis ortum peroritur: alius quādo ſol, & ſtella ſimul exoriūtur: tertius dum ſtella è radijs egrediēs prior ſole oritur. Secunda habitudo eſt, quādo ſol in oriētali parte, & ſtella in occidentali horizōte conſtituūtur. & dicitur occaſus matutinus ſiue coſmicus. cui etiam tres ſunt modi. unus quādo ſtatim poſt ſolem ortū ſtella occidit, alius quādo ſol, & ſtella in horizōte pariter con-

ſtituuntur,ille quidē in oriēte,hæc uerò in occidēte. tertius quãdo ſtatim poſt ſtellã occidentē ſol oritur. Tertia habitudo, ueſpertinus ortus nominatur, dũ ſcilicet ſol occidentalē occupat angulũ,ſtella orienta lem,atq; huic etiã tres modos adiũgimus.quorum pri mus eſt quãdo ſtatim poſt ſolis occaſum ſtella orit̃, alius quãdo ſole occidēte ſtella exorit̃,tertius quãdo poſt ſtellam ortã ſtatim ſol occidit. & hic dicitur or-tus chronicus ſiue tēporalis. Quarta habitudo erit quãdo ſol,& ſtella in occidentali horizonte fuerint. quam etiam in tres partiemur modos. Vnus accidit quando ſtella ſub radijs ſolis exiſtēs occidit poſt ſo lis occaſum.Alius quãdo ſol,& ſtella pariter cõiun-cti ſimul occidũt. Tertius quãdo ſtella eſt radijs ſo-laribus inuoluta, antequã ſol occidat. & dicitur oc-caſus ueſpertinus,ſiue chronicus. Quinta habitudo eſt ortus heliacus,ſiue emerſio: & fit quãdo ſol ſepa ratur à ſtella,quæ iã præteruecta radios ſolares,ma tutino poteſt uideri.Sexta & ultima habitudo,quæ in noſtro ponit̃ Kalēdario, eſt occaſus heliacus ſiue ſtellæ occultatio, & fit quando ſol ad ſignũ accedit, uel ſtellã, quæ ueſpere uidebat̃, ſed ſuo ſplēdore, & radijs illud occultat.principium enim occultationis fit ad occidētale horizõtis labrum.initiũ uerò emer-ſionis fit in orientali horizõte. Librum autē cõfici mus, ſiderum & nomina & imaginũ numerum prout docet antiquitas ponendo. Loca etiã in quibus mo-do ſunt,quũ à primis iam ualde remotæ ſint,contē-plando. Secũdus liber tres ponit imaginũ habitudi

nes.

nes. prima cū quo gradu zodiaci aſcendente exorit̃ fixa. ſecunda cum qua parte ſigniferi oriente quodlibet ſimulacrum mediat cœlum, docet. tertia ponit quantitatem arcus eclipticæ aſcendentem, quando quælibet ſtella occidit, inſuper numerū, & complexiones ſtellarum.

Sanctitatis ueſtræ humilis ſeruus
Franciſcus Sirigattus dicit.

# DE TRIPLICI

## ORTV ET OCCASV IMAGInum, ſecundum poëtas, Lib. I.

## IANVARIVS.

### DIES I.

ORION totus ueſperi apparet.
Humeri Geminorum matutino occidunt.
Clarū ſidus in ore Pegaſi mane orit̃.
Serpens Ophyuchi exoritur heliace.
Corona ſeptentrionalis ueſpere occidit tota.
Piſcis qui non eſt de XII. imaginibus zodiaci, ueſpere incipit occidere.
Caput Serpētarij, cū tota imagine, ueſpere occidit.

### DIES II.

Delphyn occidit heliace.
Pegaſi dexter armus oritur matutino.
Præſepe ueſpere oritur.

Capra occidit matutino.
Corona meridionalis mane oritur.
Aquarius matutino incipit oriri à ſudariolo, quod manu ſiniſtra tenet.

D. III.

Tota ferè Andromeda exoritur matutino.
Finis Eridani uerſus auſtrum ueſpere oritur.
Manus lyrifera Geminorum occidit matutino.
Corona meridionalis heliace exoritur.

D. IIII.

Radix caudæ Sagittarij mane oritur.
Aſinus meridionalis ueſpere oritur.

D. V.

Totus Sagittarius ueſpere occultatur.
Caput Aquarij matutino oritur.

D. VI.

Procyon ueſpere apparet.
Capricornus incipit occidere matutino, &
Labia eius matutino oriuntur.
Cauda Leporis ueſpere apparet.

D. VII.

Præſepe occidit matutino.
Humerus dexter Aurigæ mane occidit.
Nodus Hydræ prope Coruum matutino occidit.
Caput poſterioris Geminorũ, in quo clarũ ſidus, à Chaldæis Abrachaleus, à Græcis Herculis ſtella cognominata eſt, occidit matutino.

D. VIII.

Nares Capricorni mane oriuntur.

Vmbilicus Sagittarij oritur matutino.
Caput Bootis ueſperi occultatur.
Aſinus ſeptentrionalis ueſperi apparet.
Manus ſiniſtra Aquarij oritur matutino.

D. IX.

Caput anterioris Geminorum, in quo Apollinis aſtrum, & tota imago matutino occidit.
Lupus ueſpere apparet totus.
Aculeus caudæ ſerpẽtis Serpẽtarij ueſpere occidit.

D. X.

Humerus ſiniſter Herculis ueſpere occidit.
Radix cornu ſiniſtri Capricorni crepuſculo occidit.
Aſinus meridionalis occidit coſmice.
Equus minor heliace occultatur.

SOL TRANSIT IN AQVARIVM.

D. XI.

Cauda Lupi mane occidit.
Eridanus ueſpere exoritur totus.
Leo ueſpere incipit oriri.
Crater matutino incipit occidere.
Canis minor, ſiue Procyon in quo Limpida ſtella Algomeyſa cognominata, ueſperi apparet totus.
Humerus ſiniſter Aquarij oritur matutino.

D. XII.

Dimidius Cancer ueſpere oritur.
Lucida ſuper cingulum Perſei mane oritur.
Labia Capricorni ueſpere occidunt.
Obſcura inter Aſinos mane occidit.

D.

D. XIII.

Canis maior ueſpere incipit apparere.
Communis ſtella Hydro & Vrceo mane occidit.
Pectus Herculis ueſpere occultatur.

D. XIIII.

Aſinus ſeptentrionalis occidit matutino.
Auricula dextera maioris Canis ueſpere oritur.

D. XV.

Os leonis ueſpere apparet.
Claua inflammati ueſpere occidit.
Sagitta exoritur heliace.
Sagittarius exoritur heliace.

D. XVI.

Vmbilicus Andromedæ oritur matutino.
Canicula ſiue Halhahabor oritur ueſpere.

D. XVII.

Caput Leonis ueſpere apparet.
Aquila exoritur heliace, & incipit ueſpere occidere.
Leo incipit occidere matutino.
Humerus dexter Aquarij mane oritur.

D. XVIII.

Aquarius ueſpere incipit occidere à pede ſiniſtro.
Ala dextra Pegaſi oritur matutino.

D. XIX.

Caput Andromedæ in quo lucida communis ei & umbilico Pegaſi matutino oritur.
Pes ſiniſter prior Leonis coſmice occidit.
Cancer totus ueſperi apparet.
Manus ſiniſtra Aquarij ueſpere occidit.

D. XX.

Hydra incipit oriri ueſpere.
Ala dextra Aquilæ ueſpere occultatur.
Pars occulta Andromedæ coſmice oritur.

D. XXI.

Genu ſiniſtrum Sagittarij mane oritur.
Dorſum Capricorni ueſpere occidit.
Manus dextra Aquarij oritur matutino.

D. XXII.

Genu dextrum anterius Capricorni mane oritur.
Clarum ſydus in humeris Aquilæ ueſpere occidit.
Pes dexter poſterior minoris Canis oritur ueſpere.
Sagittarius matutino totus exoritur.

D. XXIII.

Corona meridionalis oritur matutino.
Os piſcis auſtrini in quo lucida ueſpere occidit, quę eſt communis ei, & fini fuſionis aquæ.

D. XXIIII.

Caput Hydræ ueſpere aſcendit.
Iuba Leonis propè ceruicem ueſpere oritur.
Cauda Capricorni ueſpere occidit.

D. XXV.

Limpida in ala dextra Aquilæ ueſpere occultatur.
Coxa ſiniſtra Herculis chronice occidit.

D. XXVI.

Ara ſiue focus matutino oritur.
Piſcis auſtrinus totus ueſpere occidit.
Sagitta ueſpere cadit.
Pes ſiniſter Andromedæ matutino oritur.

D. XXVII.

Finis caudæ Capricorni ueſpere occidit.

D. XXVIII.

Roſtrum Corui matutino oritur.

D. XXIX.

Pes ſiniſter anterior Leonis ueſperi apparet.
Schedex in humeris Andromedæ mane oritur.
Humerus ſiniſter Centauri occidit matutino.
Cauda Sagittarij matutino aſcendit.
Nodus caudæ Capricorni oritur matutino.
Corona meridionalis matutino exoritur.

D. XXX.

Humerus ſiniſter Aquarij ueſpere occidit.
Ilium dextrum Perſei oritur matutino.

D. XXXI.

Cancer totus occidit matutino.
Capricornus ueſpere totus occultatur.

## FEBRVARIVS.

DIES I.

COr Leonis occidit matutino.
Rex in pectore Leonis ueſperi apparet.
Delphiniueſpere incipit occidere.
Argonauis oritur chronice.

D. II.

Lyra ueſpere incipit occidere.
Anſa meridionalis Vrcei occidit matutino.
Totus Capricornus matutino exoritur.
Dexter cubitus Perſei oritur matutino.

D. III.

Teſtudinis deuexum ueſpere occidit.
Equus minor ueſpere incipit occidere.
Os Leonis occidit coſmice.
Gallina incipit ueſpere occultari.
Anſa Vrcei ſeptentrionalis mane occidit.

D. IIII.

Genu dextrum Perſei oritur matutino.
Pyga dimidium Aquarij mane oritur.
Caput Aquarij occidit ueſpere.
Venter Piſcis in zodiaco oritur matutino.
Clara in dorſo Leonis ueſpere uidetur.
Humerus dexter Centauri mane occidit.

D. V.

Vrna Aquarij ueſpere occidit.
Canis maior ueſpere exoritur.

D. VI.

Os Piſcis ſeptentrionalis mane oritur.
Limpida in Hydra dicta Alpharth oritur ueſpere.

D. VII.

Equus minor ueſpere totus occultatur.
Nares Leonis, in quibus Aldiran, mane occidunt.
Delphin totus ueſpere abſconditur.
Oculus dexter Gallinæ ueſpere occidit.

D. VIII.

Temon Argonauis ueſperi apparet.
Equus minor exoritur heliace.
Ala dextra Corui occidit matutino.
Sura dextra Aquarij occidit chronice.

Roſtrum uulturis cadentis ueſpere occidit.

SOL PISCES INGREDITVR.

D. IX.

Pegaſus ueſpere incipit occidere.
Humerus dexter Aquarij ueſpere occidit.

D. X.

Capricornus exoritur heliace.
Coxa ſiniſtra Leonis uerſus ilia ueſpere apparet.
Pes Lupi dexter poſterior occidit matutino.

D. XI.

Pegaſus matutino peroritur totus.
Spina ſeptentrionalis Piſcis mane oritur.
Principij infuſionis aquę Aquarij ortus matutinus.
Cubitus ſiniſter Andromedæ mane oritur.

D. XII.

Piſces occidunt heliace.
Maxillæ ſiniſtræ Leonis occaſus matutinus.

D. XIII.

Palma dextra Aquarij ueſpere occidit.
Andromeda mane exoritur tota.

D. XIIII.

Manus Centauri dextra mane occidit.
Cetus occidit heliace.

D. XV.

Coxa dextra Perſei oritur matutino.
Coxa ſiniſtra Leonis ueſpere oritur.

D. XVI.

Collum Cycni crepuſculo occidit.
Caput Algol incipit oriri matutino.

D.

D. XVII.

Coruus mane totus occultatur.
Lyra ueſpere incipit occidere.
Dimidius Piſcis, q̃ eſt in equinoctiali, mane oritur.

D. XVIII.

Leonis cauda, in qua Limpida Deneb halazeth cognominata, ueſperi apparet.
Piſcis notius exoritur heliace.
Totus Aquarius ueſpere occultatur.
Leonis iuba matutino occidit.
Triangulus cum ſole oritur.

D. XIX.

Leonis dimidium ſimulacri mane occidit.
Pegaſus heliace occultatur.

D. XX.

Caput Centauri occidit matutino.
Manus ſiniſtra Perſei oritur coſmice.
Caput Gorgonis mane deſinit oriri.
Antemnæ nauis Argo crepuſculo apparent.

D. XXI.

Coxa dextra Perſei mane oritur.
Virgo ueſpere incipit oriri.

D. XXII.

Hercules crepuſculo incipit apparere.
Collum Pegaſi occidit crepuſculo.
Sura dextra Aquarij coſmice oritur.

D. XXIII.

Ara occidit matutino.
Ala ſiniſtra Gallinæ ueſpere occultatur.

Piſcis qui eſt ſub ęquinoctiali,ueſpere mergit̃ Oceano.

D. XXIIII.

Crus Herculis ſiniſtrum occidit matutino.
Oculus ſiniſter Piſcis meridionalis occidit crepuſculo.
Secunda inflexio Hydræ ueſperi oritur.

D. XXV.

Leo ueſperi totus uidetur.
Prima in Lino uerſus auſtrum mane oritur.
Cauda Piſcis auſtrini oritur matutino.
Virginis facies ueſpere uidetur.
Septima in infuſione aquæ Aquarij mane oritur.

D. XXVI.

Coxa dextra Aquarij prope genu oritur matutino.
Radix caudæ Hydræ mane occultatur.
Cetus piſtrix bellua marina incipit occidere crepuſculo.

D. XXVII.

Virgo incipit occidere matutino.

D. XXVIII.

Venter Hydri ueſpere oritur.
Vẽter Piſcis,qui eſt in zodiaco occidit crepuſculo.

## MARTIVS.

DIES I.

AVſtralis Piſcis, qui non eſt de XII. imaginibus zodiaci,oritur matutino.
Pes Herculis dexter crepuſculo uidetur.

D. II.

Hydræ ſimulacrum mane abſconditur.
Venter Piſcis meridionalis ueſpere occidit.

Triangu

Triangulus mane exoritur.

D. III.

Eridanus incipit ueſpere occidere.
Venter Ceti occidit crepuſculo.
Corona meridionalis heliace oritur.
Leonis coxa ſiniſtra occidit matutino.
Genu dextrum Aquarij oritur coſmice.

D. IIII.

Ala dextra Pegaſi ueſpere occidit.
Coxa ſiniſtra Perſei oritur matutino.
Ligamentum piſcium uerſus auſtrum mane oritur.

D. V.

Crater ueſperi incipit apparere.
Centaurus matutino totus occultatur.
Dorſum Lupi mane occidit.

D. VI.

Baſis Crateris ueſpere oritur.
Caput Virginis occidit matutino.

D. VII.

Vindemiator crepuſculo apparet.
Andromeda heliace occultatur.

D. VIII.

Pectus Pegaſi occidit crepuſculo.
Cauda Piſcis notij occidit ueſpere.
Commiſſura alæ ſiniſtræ Virginis oritur crepuſcu-(lo.

D. IX.

Cauda Piſcis aquilonarij oritur matutino.

D. X.

Hydra & Crater ueſpere apparent.

Pes

Pes dexter Pegaſi occidit crepuſculo.

SOL TRANSIT IN ARIETEM.

AEQVINOCTIVM VERNVM.

D. XI.

Balteus Virginis ueſpere oritur.

Pars nauis Argo, quę nobis apparet, ueſpere orit.

D. XII.

Prima in Lino uerſus auſtrum ueſpere occidit.

Pes ſiniſter Herculis ueſpere aſcendit.

Anſa meridiana Crateris ueſperi exoritur.

Vropygium Gallinæ crepuſculo occultatur.

D. XIII.

Ramus caudæ Ceti meridionalis ueſpere occidit.

D. XIIII.

Arcturus ueſpere apparet.

Auris dextra Virginis occidit matutino.

Eridanus heliace occultatur.

Aquarius apparet: ſiue heliace exoritur.

D. XV. D. XVI.

Cauda Piſcis ſeptentrionalis mane exoritur.

Principium Lini prope eius caudã oritur matutino.

Aries cum ſole oritur.

Aries heliace incipit occultari.

D. XVII.

Coruus incipit ueſperi apparere.

Clara in lumbis Leonis occidit coſmice.

Pes dexter Perſei oritur matutino.

D. XVIII.

Cornu dextrum Arietis mane oritur.

Auriga

Auriga matutino incipit occidere.
Capra ſiue Halahyoth oritur matutino.
Venter Ceti coſmice oritur.

D. XIX.

Corona ſeptentrionalis crepuſculo oritur.

D. XX.

Alæ ſiniſtræ Virginis ueſpertinus ortus.

D. XXI.

Baltheus Virginis mane occidit.
Ala ſiniſtra Corui crepuſculo uidetur.
Os Virginis occidit matutino.
Nares Herculis ueſpere apparent.

D. XXII.

Spica quæ eſt in manu ſiniſtra Virginis Azimon cognominata mane occidit.

D. XXIII.

Leonis ſimulacrum matutino occultatur.
Limpida in corona ſeptentrionali, quã Chaldęi uocãt Maphelchare, Babilonij Aldpheta, ueſpere ui(detur.

D. XXIIII.

Pes dexter Bootis ueſpere ſurgit.
Arietis nares cum ſole oriuntur.
Dimidium Virginis occidit matutino.

D. XXV.

Pegaſus exoritur heliace.
Spina auſtralis Piſcis aſcendit matutino.
Roſtrum Corui ueſperi apparet.

D. XXVI.

Finis alæ ſiniſtræ Virginis ueſpere aſcendit.

Dimidium Piſcis extra zodiacum mane aſcendit.
Cetus matutino incipit oriri.

D. XXVII.

Cubitus ſiniſter aurigæ mane oritur. Quoniam caput & collum ſunt ſempiternæ apparitionis.
Coruus ueſpere totus apparet.

D. XXVIII.

Spica ueſpere oritur.
Caput Andromedæ occidit crepuſculo.
Nodus Lini uerſus auſtrum ueſpere occidit.
Labia Arietis cum ſole oriuntur.

D. XXIX.

Vltimus Hydræ nodus uerſus Coruũ ueſpere orit.
Corona ſeptentrionalis ueſpere uidetur tota.

D. XXX.

Eridanus incipit mergi in Oceanum ueſpere.
Venter Ceti ueſpere occultatur.
Humerus ſiniſter Andromedæ occidit chronice.

D. XXXI.

Genus ſiniſtrum Gallinæ & tota eius imago ueſpere abſconditur.
Nodus Lini ſeptentrionalis ueſpere occidit.

## APRILIS.

DIES I.

PIſcis aquilonarius incipit ueſpere in Oceanum mergi.
Serpens Serpentarij ueſpere incipit aſcendere.
Coxa ſiniſtra Herculis crepuſculo ſurgit.

D. II.

Cauda auſtralis quæ non eſt de duodecim imagini-
bus zodiaci oritur matutino.

Principium ligamenti Piſcium uerſus aquilonem crepuſculo occidit.

Nares Serpentis Ophiuchi ueſpere ſurgunt.

D. III.

Crus ſiniſtrum Perſei matutino aſcendit.

Sura Virginis dextra ueſpere oritur.

Finis Balthei Virginis mane occidit.

Os Serpentis Serpentarij ueſpere uidetur.

Cauda Piſcis borealis ueſpere mergitur Oceano.

Scorpius matutino incipit occidere à cauda.

D. IIII.

Principium Vropygij Arietis cum ſole aſcendit.

Pes Lupi ſiniſter anterior & nares eius mane occi-
(dũt.

Collum Andromedæ chronice occidit.

D. V.

Argonauis incipit mergi Oceano chronice.

Brachium ſiniſtrum Cathenatæ ſero abſconditur.

Dimidium Piſcis ſeptentrionalis ueſpere occidit.

Auricula dextra Ceti & oculus eius dexter ueſpere mergitur Oceano.

D. VI.

Taurus occidit heliace.

Os auſtralis Piſcis, in quo lucidũ ſidus, mane orit̃.

D. VII.

Aries incipit deſcendere ueſpere.

Brachium dextrum Andromedæ ſero abſconditur.

Ramus ſeptentrionalis caudæ Ceti mane aſcendit.
Aures Serpentis Ophiuchi oriuntur ueſpere.
Pes dexter Virginis ueſpere aſcendit.

D. VIII.

Manus dextra Cathenatæ ſero occidit.
Pes ſiniſter Virginis, in quo lucidum ſidus Alamos cognominatum, & tota Erigones imago ueſpere aſcendit.

D. IX.

Hædi matutino aſcendunt.
Humerus dexter Herculis ueſpere oritur.
Brachium ſiniſtrum Aurigæ mane oritur.
Manus dextra Andromedæ ueſpere occidit.
Secūda Eridani inflexio ueſpere mergitur Oceano.

D. X.

Pes ſiniſter Virginis occidit coſmice.
Lupus matutino totus occidit.
Vropygium Arietis cum ſole aſcendit.
Angenatar Limpida in Eridano matutino occidit.
Perſeus heliace occultatur.
Limpida in fine fuſionis aquæ Aquarij oritur matutino, & ſic totum eius ſimulacrum exoritur.
Vēter Piſcis aquilonarij ueſpere mergitur Oceano.

SOL INGREDITVR TAVRVM.

D. XI.

Os Piſcis Borealis ueſpere occidit, & ſic tota eius imago mergitur Oceano.
Cornu ſiniſtrum Arietis ueſpere occidit.
Totum ſimulacrum Perſei matutino exoritur à pede

pede ſiniſtro.

Spina Serpentis Ophiuchi ueſpere oritur.

D. XII.

Pes ſiniſter poſterior Arietis ueſpere deſcendit.

Caput Meduſæ heliace occultatur.

Maxilla Ceti ueſpere occidit.

D. XIII.

Labia Arietis ueſpere occidunt.

Libra crepuſculo incipit oriri.

Nares Ceti & tota bellua ueſpere occultatur.

Coxa dextra Virginis occidit matutino.

Perſeus mane peroritur totus.

D. XIIII.

Piſcis qui non eſt de duodecim imaginibus zodiaci matutino peroritur.

Lyra incipit oriri ueſpere.

Cornu ſiniſtrum Arietis cum ſole occidit.

Piſces oriuntur heliace.

D. XV.

Vindemiator occidit matutino.

Auricula ſiniſtra Ceti mane oritur.

Myrach Andromedæ ueſpere occultatur.

Nodus Lini uerſus auſtrum mane oritur.

Gallina ueſperi incipit apparere.

D. XVI.

Secundum internodium caudæ Scorpionis matutino occidit.

Humerus dexter Aurigæ oritur matutino.

Coxa ſiniſtra Arietis mane aſcendit.

Genu ſiniſtrum anterius Arietis ueſpere deſcendit.
Triangulus incipit occidere ueſpere.

D. XVII.

Lepus ueſpere abſconditur.
Quinta in Lino uerſus Aquilonem oritur cũ ſole.

D. XVIII.

Centaurus incipit oriri ueſpere.
Cubitus ſiniſter Herculis ueſpere oritur.
Perſeus occidit heliace.

D. XIX.

Taurus incipit occidere chronice à meridionali ſectione.
Nodus Lini uerſus Aquilonem mane oritur.
Libra incipit occidere matutino.

D. XX.

Chela Scorpij auſtralis mane occidit.
Hydrus ueſpere apparet totus.
Cauda Arietis cum ſole aſcendit.

D. XXI.

Sura dextra Virginis mane occidit.
Ala dextra Vulturis cadentis ueſpere apparet.

D. XXII.

Secunda inflexio Serpentis Ophiuchi oritur ueſpere, cum manu ſiniſtra Serpentarij.
Clara in pede mali nauis Argo ueſpere occultatur.

D. XXIII.

Caput Leporis mane occultatur.

D. XXIIII.

Vergiliæ ſiue Pleiades oriuntur cum ſole, & ſic

Taurus incipit oriri matutino.
Deneb Kaitos Ceti mane oritur.
Sagittarius incipit occidere matutino.
Caput Herculis ueſpere oritur.

D. XXV.

Aries totus matutino exoritur.
Dexter Tauri poples occidit chronice.
Lanx meridionalis ueſpere aſcendit.

D. XXVI.

Canis maior ueſpere incipit deſcendere.
Sextum internodium caudæ Scorpionis matutino abſconditur.
Clara in manu ſiniſtra Serpentarij chronice oritur.

D. XXVII.

Corona meridionalis matutino occidit.
Lupus ſero incipit apparere.
Triangulus totus ueſperi occultatur.
Lyræ teſtudo ueſperi uidetur.

D. XXVIII.

Vergiliæ matutino exoriuntur.
Aries totus ueſpere occidit.
Pars occulta Andromedæ ueſpere occultatur.
Primum internodium caudæ Scorpij occidit matutino.

D. XXIX.

Auricula dextra Leporis ueſpere occultatur.
Orion incipit occidere chronice.
Eridanus totus ueſpere occidit,& limpida Rigel cognominata,mergitur Oceano.

D. XXX.

Libra ueſpere apparet tota.

Humerus dexter Centauri ueſpere aſcendit.

Pes dexter Orionis, in quo limpidum ſidus Rigel cognominatum, ueſpere deſcendit.

## MAIVS.

DIES I.

CAput Serpentarij ueſpere oritur.

Tota imago Virginis matutino occidit.

Pes ſiniſter Aurigæ mane aſcendit.

Lyra chronice deſinit oriri.

D. II.

Andromeda exoritur heliace.

Vropygium Gallinæ oritur ueſperi.

Nares Ceti coſmice oriuntur.

Palearia Tauri chronice occidunt.

D. III.

Orionis ſudariolum, quod manu ſiniſtra geſtat, ueſpere occidit.

Auriga heliace occultatur.

Centauri dorſum ueſpere apparet.

D. IIII.

Trutina occidit matutino.

Acumen caudæ Scorpij occidit matutino.

Venter Ceti oritur matutino.

Lepus ueſperi totus occultatur.

D. V.

Coxa dextra Aurigæ matutino aſcendit.

Os

Os Ceti mane oritur.
Pes ſiniſter Cathenatæ ueſpere deſcendit.
Vergiliæ Pleiades ueſpere occidunt.
Auricula dextra Tauri mane oritur.
Coxa ſiniſtra Serpentarij ueſpere oritur.

D. VI.

Suculæ incipiunt occidere ueſpere.
Scorpius incipit aſcendere crepuſculo.
Cor eius mane occidit.
Vergiliæ omnes ueſpere occultantur.

D. VII.

Iugulæ in capulo enſis Orionis ueſpere occidunt.
Vmbilicus Tauri oritur matutino.
Lanx ſeptentrionalis Libræ mane occidit.

D. VIII.

Pes ſiniſter anterior maioris Canis crepuſculo deſcendit.
Hœdi heliace occultantur.

D. IX.

Radix cornu dextri Tauri oritur matutino.
Totum Libræ ſimulacrum mane occidit.
Oculus dexter Scorpij occidit matutino.
Cingulum Orionis ueſpere occidit.
Oculus ſiniſter Scorpij & radix Chelæ meridionalis ueſpere oriuntur.

D. X.

Manus tenens habenas oritur matutino.
Aldebaran clara Hyadum occidit ueſperi.
Capra heliace occultatur.

Gemini incipiunt ueſpere occidere.
Gemini matutino incipiunt oriri.

D. VI.

Delphinus incipit oriri ueſpere.
Centaurus incipit occidere crepuſculo.
Andromeda ueſpere incipit aſcendere.
Secundum internodium caudæ Scorpij crepuſculo aſcendit.

D. VII.

Extremum Clauæ Orionis mane oritur.
Aquila ueſperi tota apparet.

D. VIII.

Pes dexter poſterioris Geminorum ueſpere occidit.
Dorſum Centauri ueſperi apparet.
Pannus Orionis aſcendit matutino.

D. IX.

Hœdi exoriuntur heliace.
Cubitus ſiniſter Ophiuchi ſero deſcendit.
Pes ſiniſter anterioris Geminorũ matutino oritur.

D. X.

Cornu ſeptentrionale arcus Sagittarij occidit matutino.
Canis minor occidit heliace,& ueſpere incipit ſe abſcondere.

D. XI.

Clara in Eridano peroritur matutino.
Capra exoritur heliace.

SOL INGREDITVR CANCRVM.
SOLSTITIVM AESTIVALE,
INITIVM AESTATIS.

D. XII.

Caput Orionis primo die ſolſtitij mane prodit.
Humerus ſiniſter Sagittarij mane occidit.
Pegaſus incipit oriri ueſpere.
Haſtile ſagittæ Sagittarij prope manum ſiniſtram oritur crepuſculo.
Iugulæ exoriuntur heliace.

D. XIII.

Delphin ueſperi totus apparet.
Hœdi occidunt chronice.
Aures ſerpentis Serpentarij mane occidunt.
Humerus ſiniſter Orionis, in quo limpida Bellatrix cognominata, mane oritur.
Aculeus caudæ Scorpij ueſpere oritur.
Caput anterioris Geminorum, in quo fixa Anelar cognominata, matutino oritur.

D. XIIII.

Prima Eridani inflexio oritur coſmice.
Os Serpentis Ophiuchi occidit matutino.
Pes dexter anterioris Geminorum matutino aſcendit.

D. XV.

Manus ſiniſtra Sagittarij ueſpere oritur.
Pes ſiniſter Pegaſi ueſpere aſcendit.
Latus dextrum Perſei occidit crepuſculo.
Genu ſiniſtrũ anterioris Geminorum ueſpere occidit.

D. XVI.

Caput Sagittarij ueſpere oritur.
Manus dextra Orionis matutino aſcendit.
Cubitus dexter Serpentarij mane deſcendit.

D. XXIIII.

Sagittarius incipit occidere coſmice.
Eridanus oritur matutino.
Aculeus caudæ Serpentis Serpentarij crepuſculo aſcendit,& totum eius ſimulacrum exoritur.
Corona meridionalis tota mane occidit.
Manus dextra Ophiuchi ueſpere oritur.

D. XXV.

Sagitta ueſpere aſcendit.
Poples Tauri dexter oritur matutino.
Serpens Serpentarij mane incipit occidere.

D. XXVI.

Suculæ matutino exoriuntur.
Cubitus Perſei occidit crepuſculo.

D. XXVII.

Arctūrus occidit matutino.
Cornu ſiniſtrum Tauri occidit ueſpere.
Genu dextrum Tauri mane exoritur.
Sagitta Sagittarij matutino incipit occidere.
Serpentarius totus ueſperi apparet.
Auriga incipit occidere chronice.

D. XXVIII.

Crus Ophiuchi dextrum occidit matutino.
Manus dextra Orionis ueſpere occidit.

D. XXIX.

Vmbilicus Sagittarij occidit matutino.
Ala ſiniſtra Aquilæ crepuſculo apparet.
Primum internodium caudæ Scorpij ueſpere occidit.

D. XXX.

Nauis Argo ueſpere mergitur Oceano.
Totum Ophiuchi ſimulacrum ueſperi apparet.
Orion incipit oriri matutino.
Vmbilicus Sagittarij occidit coſmice.
Vngula Tauri oritur matutino.
Manus ſiniſtra Ophiuchi occidit mane.
Pes dexter Andromedæ cum tota imagine ueſpere (occultatur.

D. XXXI.

Perſeus exoritur heliace.
Ala ſiniſtra Aquilæ ueſpere oritur.

# IVNIVS.

DIES I.

ORionis ſimulacrum totum ueſpere occultatur.
Genu dextrum Ophiuchi mane occidit.
Extremum Cornu dextri Tauri occidit ueſpere, & ſic eius imago deſcendit.
Pes dexter Aurigæ ueſpere occidit.

D. II.

Ala ſiniſtra Cycni oritur crepuſculo, & ſic ueſperi tota eius imago apparet.

D. III.

Alkayr Limpida inter ſpatulas Aquilę ueſpere orit̃.

D. IIII.

Sagittarius incipit oriri crepuſculo.
Eridanus exoritur heliace.

D. V.

Prima inflexio Serpẽtis Ophiuchi orit̃ crepuſculo.

Baltheus Orionis incipit chronice occidere,
Iugulæ occidunt heliace.
Humerus dexter Ophiuchi oritur ueſpere.

D. XI.

Suculæ omnes occultantur ueſpere.
Collum Cycni ueſpere oritur.
Scorpius totus matutino occidit.
Genu ſiniſtrum Gallinæ oritur ueſpere.

SOL TRANSIT IN GEMINOS.

D. XII.

Perſeus incipit occidere crepuſculo.
Humerus ſiniſter Orionis, in quo limpida Bellatrix cognominata, ueſpere deſcendit.
Sura dextra Aurigæ mane oritur.
Aries exoritur heliace.

D. XIII.

Roſtrum Cycni ueſpere oritur.
Ophiuchus incipit occidere matutino.

D. XIIII.

Auricula dextra Tauri ueſpere occidit.
Bootes incipit occidere matutino.
Sirius Canicula occidit crepuſculo.
Caput Lupi apparet ueſperi.

D. XV.

Crus dextrum Andromedæ occidit crepuſculo.
Manus ſiniſtra Orionis ueſpere occidit.
Manus dextra Centauri ueſpere aſcendit.

D. XVI.

Cor Scorpij ueſpere uidetur.

Suculæ incipiunt oriri cum ſole.
Cubitus dexter Ophiuchi ueſpere oritur.
D. XVII.
Cetus exoritur heliace.
Caput Orionis occidit crepuſculo.
Clara in Corona meridionali mane occidit.
D. XVIII.
Caput Algol ueſpere occidit.
Genu ſiniſtrum Sagittarij mane occidit.
Duæ Hyadum ſuper naribus Tauri,mane oriũtur.
Canis maior ueſpere abſconditur.
Dimidius Centaurus ueſpere oritur.
Quarta Serpentis inflexio ueſperi apparet.
D. XIX.
Aquila incipit oriri à cauda chronice.
D. XX. D. XXI.
Radix cornu ſiniſtri Tauri crepuſculo occidit.
Cornu dextrum Tauri mane oritur.
Ala ſiniſtra Cycni crepuſculo aſcendit.
Humerus dexter Orionis ueſpere occidit.
D. XXII.
Cauda Lupi ſero apparet.
Aldebaran ſiue Lãpas clara Hyadũ orit̃ matutino.
Pes dexter Ophiuchi occidit matutino.
D. XXIII.
Gemini occidunt heliace.
Tertia Serpentis inflexio ueſpere oritur.
Crus dextrum Ophiuchi ſero aſcendit.
Piſtrix mane exoritur.

D. XVII.

Velamen capitis Sagittarij ueſpere oritur.
Oculus ſiniſter Sagittarij occidit matutino.
Dorſum equi Centaurij ueſpere deſcendit.

D. XVIII.

Cuſpis ſagittæ Sagittari ueſpere apparet.
Hercules incipit occidere matutino.

D. XIX.

Nodus ſcithæ Sagittarij oritur crepuſculo.
Nares ſerpentis Ophiuchi occidunt matutino.

D. XX.

Lupus ueſpere apparet totus.
Cubitus ſiniſter Aurigæ occidit matutino.
Caſsiopeia ſedẽs in cathedra, cuius ſedes, & ipſius pedes poſiti prope arcticũ circulum inclinata facie reſpicit ad auſtrum, capite & manu dextra circulum æſtiuũ tangẽs hanc propè mediã diuidit lacteus, & eſt inter Cepheũ & Andromedam collocata, cuius pedem ſiniſtrum Perſeus manu dextra tangere uidetur. habet ſtellas XIII. pene obſcuras, omnes

Saturni

Saturni qualitatem habentes, quæ apud nos nec oriuntur, nec occidunt.

Incipit mediare cœlũ à brachio dextro oriẽte Cãcri. 14

Schedex quæ eſt in collo Caſſiopeæ mediat cœlum oriente Cancri. 22

Deſinit mediare cœlũ à pede dextro oriẽtib. Leõis. 10 20

Ortus undecimæ imaginis.

Perſeus, deferens caput Algol, ſiue Celeub. huius lęuum crus, & humerum ſiniſtrum circulus ęſtiuus à reliquo corpore diuidit. eſt locatus ſub pedibus Andromedę, manu dextra qua falcẽ tenere dicit̃ pedes Caſsiopeæ tangens, læua caput Algol deferẽs, pede ſiniſtro pene Taurũ premẽs, dextro calce lęuũ brachiũ Agitatoris percutiẽs, cuius caput, & manũ dextram cum uentre, & reliquis membris dextri lateris, circulus, qui lacteus dicitur, diuidit. hic habet ſtellas numero XXVI. inter quas unam clare lucentem. & ſtellæ quæ ad Perſeum ſunt, Saturni ac Veneris qualitates retinẽt. globus ſtellarum qui eſt ad capulum gladij, Martius eſt.

Oritur Capricorno, Aquario, Piſcibus, Ariete, & Tauro aſcendentibus. occidit autem Geminis & Cancro orientibus.

Perſeus incipit oriri ab humero ſiniſtro oriente Capricorni. 21

Lucida in latere dextro ſuper cingulum Algenyb dicta oritur aſcendente Aquarij. 2

Ilium Perſei dextrum aſcendente Aquarij. 20

Cubitus dexter aſcendente Aquarij. 24

Genu

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Genu dextrum orientibus Aquarij. | 26 | 15 |
| Coxa dextra oriente Piſcium. | 7 | |
| Siniſtra manus, quæ caput Gorgonis tenere dicitur aſcendit orientibus Piſcium. | 12 | 40 |
| Deſinit oriri caput Algol ſiue caput Meduſæ, ſeu Gorgonis orientibus Piſcium. | 20 | 40 |
| Coxa ſiniſtra prope clunem orientibus Piſcium. | 23 | 15 |
| Pes eius dexter oritur aſcendente Arietis. | 7 | |
| Crus læuum oritur aſcendente Arietis. | 23 | |
| Pes ſiniſter Perſei cum toto eius ſimulacro exoritur aſcendente Tauri. | 2 | |
| Perſeus mediat cœlum. | | |
| Incipit mediare cœlum à manu dextra quæ falcem tenet orientibus Leonis. | 9 | 20 |
| Humerus ſiniſter orientibus Leonis. | 14 | 30 |
| Caput mediat cœlum orientibus Leonis. | 16 | |
| Humerus dexter qui cum capite & brachio neſciũt occaſum mediat cœlum orientibus Leonis. | 18 | 15 |
| Raſdagol & totum caput Meduſæ mediat cœlum oriente Leonis. | 20 | |
| Algenib quæ eſt in ilio dextro Perſei mediat cœlum orientibus Leonis. | 22 | 15 |
| Coxa ſiniſtra orientibus Leonis. | 25 | 45 |
| Calcaneus ſiniſter orientibus Leonis. | 27 | 10 |
| Digiti pedis ſiniſtri orientibus Leonis. | 29 | 30 |
| Genu dextrum orientibus Leonis. | | |
| Deſinit mediare cœlũ à pede dextro oriẽte Virginis | 6 | |

OCCASVS PERSEI.

Perſeus incipit occidere à pede ſiniſtro & capite Al-

gol orientibus Sagittarij.

Caput Meduſę deſinit occidere oriẽtibus Sagittarij 1 15

Cubitus ſiniſter orientibus Sagittarij. 13 40

Algenib clara in latere dextro Perſei orientibus Capricorni. 4 15

Coxa dextra prope femur occidit orientibus Capricorni. 14 10

Meridionalior trium quæ ſunt in genu dextro occidit orientibus Capricorni. Quia reliquæ duæ in eodem genu poſitę cum ſuperiori pene medietate Perſei nunquam occidunt.

Ortus duodecimæ imaginis.

Auriga Heniochus, Retinens habenas, Agitator, Caprarum cuſtos æſtiuo circulo humero tenus & brachio ſiniſtro diuiditur. eius lacteus orbis humerum ſiniſtrũ & zonam uſq; ad pedes incingit. cuius dexter pes Tauri cornu ſiniſtro unica iũgitur ſtella, in cuius humero ſiniſtro capra, & læua manu hœdi eſſe dicuntur, renes habens ad Perſeum, faciem ad maioris Vrſæ caput. habet ſtellas numero XIIII. in ſpatulis duæ cæteris clariores, omnes Marti, Mercurioq; ſimiles. hic exoritur Ariete, Tauro, & Geminis aſcendentibus, occidit autem Sagittarij & Capricorni exortu.

Incipit oriri Heniochus ab humero ſiniſtro ſuper quem Capra figuratur, quæ Alhayoth dicitur oriente Arietis. 8

Caput eius & collũ nec oriri, nec occidere uidentur.

Cubitus ſiniſter oritur aſcendente Arietis. 16

Hœdi

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Hœdi uocati Sodatheni oriũtur aſcẽdentib. Arietis. | 29 | 30 |
| Humerus dexter oritur aſcendente Tauri. | 6 | |
| Pes ſiniſter oritur aſcendente Tauri. | 20 | |
| Cubitus cum brachio aſcendentibus Tauri. | 21 | 30 |
| Coxa eius dextra orientibus Tauri. | 23 | 10 |
| Manus lora tenens oritur aſcendentibus Tauri. | 29 | 15 |
| Sura dextra Aurigæ oriente Geminorum. | 1 | |
| Pes dexter eius cum ſummitate ſiniſtri cornu Tauri oritur aſcendentibus Geminorum. | 7 | 40 |
| A V R I G A. | | |
| Pes ſiniſter Aurigæ mediat cœlũ orĩetib. Virginis. | 11 | 15 |
| Hœdi aſcendunt ad mediũ cœlũ orientib. Virginis. | 11 | 30 |
| Capra Alhayoth mediat cœlũ orientibus Virginis. | 13 | 30 |
| Pes dexter orientibus Virginis. | 17 | 10 |
| Caput Aurigæ aſcendentibus Virginis. | 20 | 20 |
| Deſinit mediare cœlum à manu dextra orientibus Virginis. | 22 | 45 |
| O C C A S V S A V R I G A E. | | |
| Heniochus incipit occidere à pede ſiniſtro orientibus Sagittarij. | 15 | 30 |
| Pes dexter orientibus Sagittarij. | 19 | 30 |
| Hœdi occidunt oriente Capricorni. | 2 | |
| Cubitus ſiniſter Aurigę occidit orĩetib. Capricorni. | 8 | 5 |
| Cubitus dexter oriente Capricorni. | 11 | |
| Capra occidit orientibus Capricorni. | 20 | 30 |
| Humerus dexter occidit orientibus Capricorni, & ſic totus exoritur. | 26 | 20 |

Ortus tertiædecimæ imaginis.

Ophiuchus, Serpẽtarius, Auguitenens ſupra Scor-

pionem poſitus pede ſiniſtro chelam ſeptentrionalẽ premẽs,dextro teſtudini Scorpionis innixus, caput habet ad ceruicẽ Herculis tenens manibus anguem qui ipſum incingit,hunc mediũ diuidit æquinoctialis circulus. exoritur Scorpione & Sagittario orientibus, occidit Geminis & Cancro orientibus. ſtellas habet numero XXIX. omnes quæ in Ophiucho ſunt Saturni qualitatẽ retinent & Veneris quiddã.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit oriri ab humero ſiniſtro oriente Scorpionis. | 13 | |
| Manus ſiniſtra oriente Scorpij. | 15 | |
| Caput Serpentarij oriente Scorpij. | 20 | |
| Coxa ſiniſtra oritur aſcendente Scorpij. | 24 | |
| Pes ſiniſter aſcendentibus Scorpij. | 27 | 45 |
| Humerus ſiniſter oriente Scorpij. | 28 | 30 |
| Cubitus dexter orientibus Sagittarij. | 4 | 45 |
| Cubitus ſiniſter oriente Sagittarij. | 5 | |
| Crus dextrum orientibus Sagittarij. | 11 | 5 |
| Manus dextra & talus dexter Serpentarij aſcendit orientibus Sagittarij. | 11 | 45 |
| Deſinit oriri à pede dextro orientibus Sagittarij. | 16 | 10 |

SERPENTARIVS.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit mediare cœlum à manu ſiniſtra orientibus Aquarij. | 6 | 15 |
| Pes ſiniſter aſcẽdit ad mediũ cœlũ oriẽtib. Aquarij. | 8 | 10 |
| Cubitus ſiniſter orientibus Aquarij. | 12 | 15 |
| Coxa dextra oriente Aquarij. | 14 | |
| Humerus ſiniſter oriente Aquarij. | 21 | |
| Cubitus dexter orientibus Piſcium. | 6 | 15 |
| Caput Serpentarij oriente Piſcium. | 7 | 30 |

Manus

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Manus dextra Ophiuchi oriente Piſcium. | 20 | |
| Et ſic Ophiuchus mediat cœlũ orientibus Piſcium. | 20 | 10 |

OCCASVS OPHIVCHI.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit occidere à pede ſiniſtro oriente Geminorum. | 2 | |
| Pes dexter occidit orientibus Geminorum. | 9 | 30 |
| Crus dextrum orientibus Geminorum. | 15 | 30 |
| Coxa ſiniſtra orientibus Geminorum. | 17 | 15 |
| Manus ſiniſtra oriente Geminorum. | 18 | |
| Genu dextrum oriente Geminorum. | 20 | |
| Cubitus ſiniſter oriente Geminorum. | 28 | |
| Cubitus dexter oriente Cancri. | 3 | |
| Humerus ſiniſter oriente Cancri. | 10 | |
| Humerus dexter orientibus Cancri. | 14 | 30 |
| Caput Serpentarij & tota eius imago occidit orientibus Cancri. | 19 | 40 |

Ortus quartædecimæ imaginis.

Anguis ſerpẽs, qui Ophiuchum incingit propè extremo ore coronam ſeptentrionalem contingens ſecundo nodo, & aculeo caudę circulum æquinoctialem ſecans, quam cum Aquilæ cauda propè iungit. Exoritur autem Libra, Scorpione, & Sagittario aſcendentibus. occidit autem exortu Geminorum & Cancri, & eſt configuratus ſtellarum XVIII. quæ omnes in Angue collocatæ, qualia Saturnus & Mars efficiunt.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit oriri ab ore aſcendentibus Libræ. | 20 | 30 |
| Nares eius orientibus Libræ. | 21 | 30 |
| Aures oriuntur aſcendentibus Libræ. | 2 | 15 |
| Spina eius oritur aſcendentibus Scorpij. | 1 | 40 |

Secūdus nodus prope manum ſiniſtram Ophiuchi oritur aſcendentibus Scorpij. 10 30
Quarta curuatura aſcendentibus Sagittarij.
Tertia inflexio oritur aſcendentibus Sagittarij.
Totus exoritur à cauda orientibus Sagittarij.

### ANGVIS.

Serpens Serpentarij incipit mediare cœlum ab inferiori maxilla oriente Capricorni. 27
Nares eius mediant cœlum oriente Capricorni. 30
Aures mediant cœlum orientibus Aquarij. 1 15
Vltimus nodus Serpētis Serpētarij mediat cœlum orientibus Piſcium. 18. 15
Deſinit mediare cœlū extrema cauda oriēte Arietis. 21

### Occaſus Serpentis Serpentarij.

Incipit occidere à ſecundo nodo prope manum ſiniſtram Serpentarij oriente Geminorum. 13
Primus nodus prope collum oriente Geminorum. 24
Tertius nodus occidit oriente Geminorum. 27
Maxilla ſiniſtra oriente Cancri. 1
Auris ſiniſtra oriente Cancri. 2
Os Serpentis occidit orientibus Cancri. 3 15
Nares eius oriente Cancri. 7
Vltimus nodus orientibus Cancri. 12 30
Cauda Serpentis occidit orientibus Cancri. 28 30

### Ortus quintædecimæ imaginis.

Sagitta inter ęſtiuum,& ęquinoctialem parallelū in circulo eo,qui lacteus dicit̄,poſita eſt.huius cacumē ad caudam Aquilę ſpectat,habet ſtellas quinq; quę Martis naturam imitantur,nonnihil etiam Veneris habent,

habēt: aſcēdit cum Sagittario, cadit exortu Leonis.
Incipit oriri à cuſpide orientibus Sagittarij. 12 30
Finis Sagittæ oritur aſcendente Sagittarij. 15

SAGITTA.

Cuſpis Sagittæ mediat cœlum orientibus Tauri. 1 20
Deſinit mediare cœlum oriente Tauri. 10

OCCASVS SAGITTAE.

Incipit occidere à cuſpide oriente Leonis. 15
Deſinit occidere oriente Leonis. 22

Ortus ſextædecimæ imaginis.

Aquila, Vultur uolans, hęc imago uentrē habet ad cœlum uerſus, roſtrum autem uerſus Delphini caudam, ſiniſtram alam non longe à Sagitta, media autem in circulo lacteo uidetur. omnes hæ XV. ſtellæ Aquilam conſtituētes Martię Iouiæq́ naturę ſunt, inter quas una cæteris clarior. Oritur aſcendēte Sagittario. occidit autem exortu Arietis & Tauri.

Incipit oriri à cauda in qua ſtella Antinous dicta orientibus Sagittarij. 7 40
Ala ſiniſtra orientibus Sagittarij. 18 45
Ala dextra orientibus Sagittarij. 19 50
Clara in ſpatulis dicta Alkayr aſcendit orientibus Sagittarij. 21 15
Collum Aquilæ aſcendit oriente Sagittarij. 24
Deſinit oriri à capite oriente Sagittarij. 26

AQVILA.

Vultur uolans incipit mediare cœlum à cauda exoriente Arietis. 17
Ala dextra mediat cœlum oriente Arietis. 29

Ala ſiniſtra ſiue dorſum in quo lucida Alkayr co⸗gnominata mediat cœlum oriente Tauri. 5

Deſinit mediare cœlum à collo orientibus Tauri. 10 30

OCCASVS AQVILAE.

Aquila incipit occidere orientibus Leonis. 7 30

Ala ſiniſtra clara in humeris occidit oriẽtib. Leonis. 11 15

Caput Aquilæ occidit orientibus Leonis. 14 30

Deſinit occidere ab ala ſiniſtra orientibus Leonis. 20 30

Ortus ſeptimædecimæ imaginis.

Delphinus non longe ab Aquilæ ſigno figuratur. caput habet ad Boream, & caudam ad auſtrũ æqui⸗noctialem pene tangentem dorſum ad Aquilam. hic muſarum ſignum dicitur, quia nouem tantũ de⸗coratur ſtellis, quę Delphinum conſtituũt. Saturno Martiq́ꝫ ſimilia operantur. oritur Sagittario & Ca⸗pricorno aſcẽdentibus, occidit autẽ Leonis exortu.

Incipit oriri à dorſo oriente Sagittarij. 25

Totus oritur aſcendentibus Capricorni. 2 15

DELPHIN.

Incipit mediare cœlum à dorſo aſcẽdentibus Tauri. 21 45

Totus mediat cœlum aſcendente Tauri. 27

OCCASVS DELPHINI.

Delphinus incipit occidere à cauda oriente Leonis. 22

Totus mergitur in undas à capite orientib. Leonis. 28 45

Ortus octauædecimæ imaginis.

Equus minor nares habet ad caudam Delphini, hic non integer in cœlo ponitur inter Pegaſum & Del⸗phinum, habet ſtellas quatuor tãtum occultas, quæ ſunt naturæ Martis, aſcendit Capricorni exortu, occidit

occidit autem oriente Leone.

Incipit oriri à naribus orientibus Capricorni. 9 30

Totus Equus minor exorit̃ aſcendẽtib. Capricorni. 17 10

EQVVS.

Incipit mediare cœlum à naribus oriẽte Geminorũ. 2

Totus aſcẽdit ad medium cœlum oriẽte Geminorꝝ. 7

OCCASVS EQVI.

Equus minor incipit occidere orientibus Leonis. 25 15

Totus occidit orientibus Leonis. 28 30

Ortus nonædecimæ imaginis.

Pegaſus equus alatus non integer cœlo ſuſtollitur, ſed aluo tenus. Pedes poſteriores nõ habet, nec totã formam per ſingula mẽbra, ueloces pennas agitãs, ceruice manum dextram Aquarij tangere uidetur. inter utroſqꝫ zodiaci Piſces & caput Andromedæ clauſus, pedibus æſtiuo circulo nititur cõfiguratus ſtellis XX. quæ omnes Martiæ & Iouiæ naturæ ſunt, ex quibus quatuor primæ clare lucentes. exoritur Capricorno, Aquario, & Piſcibus aſcendentibus. occidit autem exortu Virginis & Libræ.

Incipit oriri à pede dextro aſcendẽtibus Capricorni. 0 30

Talus pedis ſiniſtri oritur aſcendente Capricorni. 4

Genu ſiniſtrum aſcendente Capricorni. 10

Os Pegaſi in quo Limpida Rimph Alpheras cognominata oritur aſcendente Capricorni. 20

Dexter armus Pegaſi in quo lucida Schead Alpheras oritur aſcendente Capricorni. 21

Pectus Pegaſi aſcendit oriente Capricorni. 22

Oculus Pegaſi orientibus Aquarij. 0 15

Collum oritur aſcendente Aquarij. 5

Radix alæ dextræ Pegaſi,in qua lucida Y ed Alpheras dicta,aſcendentibus Aquarij. 7 30

Vmbilicus Pegaſi aſcendit orientibus Aquarij. 8 45

Ala dextra & totus Pegaſus exoritur aſcendētibus Piſcium 3 45

P E G A S V S.

Equus alatus incipit mediare cœlum ab ore orientibus Geminorum. 12 40

Talus ſiniſter oriente Geminorum. 13

Collum Pegaſi orientibus Geminorum. 18 40

Pectus Pegaſi mediat cœlum oriētibus Geminoꝝ. 28 30

Humerus dexter oriente Cancri. 2

Vmbilicus mediat cœlum oriente Cancri. 16 30

Totus mediat cœlum oriente Cancri. 17

O C C A S V S P E G A S I.

Equus alatus incipit occidere ab ore oriētib. Virgīs. 3 15

Principium colli occidit orientibus Virginis. 14 30

Finis colli cum talo ſiniſtro pedis occidit orientibus Virginis. 16 30

Ala dextra Pegaſi occidit orientibus Virginis. 22 40

Pectus occidit oriente Virginis. 27 4

Talus dexter orientibus Virginis. 29 30

Armus dexter occidit orientibus Libræ. 2 30

Finis alæ dextræ orientibus Libræ. 5 20

Vmbilicus Pegaſi occidit orientibus Libræ.

Oritur à pedibus,occidit à capite.

Ortus uigeſimæ imaginis.

Andromeda Cathenata prope Caſsiopeā breui interuallo

teruallo conſpicitur collocata, caput habet in Equo alato, qui ei ſuppoſitus eſt, eadē enim ſtella & umbilicus Pegaſi & caput Andromedę appellatur, huius pectus & manum ſiniſtram circulus ęſtiuus diuidit, brachio ſiniſtro & renibus ſecundo zodiaci Piſci innixa pādit cœlo brachia diſtricta uinculis. prius oritur dextra manu quàm reliquo corpore, occidit reſupino capite, decorata omnino X X. ſtellis, quæ omnes Venereę ſunt, aſcēdit Sagittario, Capricorno, Aquario & Piſcibus orientibus, occidit autē exortu Libræ & Scorpij.

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Incipit oriri à palma dextra aſcendente Sagittarij. | 25 | |
| Pes dexter oritur aſcendente Sagittarij. | 28 | |
| Crus dextrum aſcendente Capricorni. | 13 | |
| Genu dextrum orientibus Capricorni. | 18 | 30 |
| Extremitas Hadhili, hoc eſt Sirmatis aſcendit orientibus Capricorni. | 21 | 30 |
| Dexter lacertus oriente Capricorni. | 24 | |
| Vmbilicus Andromedæ, quem Chaldæi Mirach dicunt, oritur aſcendentibus Aquarij. | 5 | 15 |
| Caput & facies Andromedæ oritur aſcēd. Aquarij. | 9 | |
| Spatula dextra aſcendentibus Aquarij. | 11 | 10 |
| Pes ſiniſter ī quo ſydus Alhamos dictū ori. Aquarij | 15 | |
| Schedex inter ſpatulas locata aſcendente Aquarij. | 17 | |
| Spatula ſiniſtra oriente Aquarij. | 20 | |
| Cubitus ſiniſter orientibus Piſcium. | 2 | 30 |
| Tota Andromeda exoritur aſcendētibus Piſcium. | 5 | 30 |

ANDROMEDA.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit mediare cœlū à manu dextra orietib. Cācri. | 10 | 30 |

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Caput Andromedę mediat cœlū oriētibus Cancri. | 16 | 30 |
| Collum mediat cœlum orientibus Cancri. | 18 | 15 |
| Vmbilicus eius oriente Cancri. | 25 | |
| Genu dextrum oriente Cancri. | 28 | |
| Crus eius dextrum orientibus Leonis. | 2 | 15 |
| Pes dexter oriente Leonis. | 3 | 45 |
| Pes eius ſiniſter oriente Leonis. | 7 | |

OCCASVS ANDROMEDAE.

| | | |
|---|---|---|
| Andromeda incipit occidere à capite oriētib. Librę. | 16 | 40 |
| Cubitus ſiniſter oriente Libræ. | 19 | |
| Schedex in collo poſita occidit aſcendētibus Librę. | 24 | 15 |
| Manus dextra orientibus Libræ. | 28 | 40 |
| Vmbilicus eius occidit oriente Scorpij. | 5 | |
| Pars occulta eius occidit orientibus Scorpij. | 17 | 40 |
| Pes eius ſiniſter occidit orientibus Scorpij. | 23 | 40 |
| Syrma occidit aſcendentibus Scorpij. | 26 | 40 |
| Crus dextrum Andromedę occidit aſcē. Sagittarij. | 4 | 30 |
| Tota Andromeda deſinit occidere à pede dextro oriente Sagittarij. | 19 | |

Ortus uigeſimæprimæ imaginis.

Deltoton, Triangulus, hic ſupra caput Arietis non lōge à pedibus Andromedæ lucet inter æſtiuum & æquinoctialem circulum. nō longe à manu ſiniſtra Perſei uidetur collocatus: aſcendit exortu Piſcium, deſcēdit oriēte Scorpione quatuor ſtellis decoratus, quæ Mercurialis qualitatis eſſe perhibentur.

| | | |
|---|---|---|
| Triangulus incipit oriri aſcendentibus Piſcium. | 11 | 30 |
| Totus exoritur aſcendente Piſcium. | 20 | |

Delto

DELTOTON.

Incipit mediare cœlum oriente Leonis. 7

Totus aſcendit ad medium cœlum oriente Leonis. 11

OCCASVS TRIANGVLI.

Incipit occidere orientibus Scorpij. 7 23

Totus occidit orientibus Scorpij. 16 15

Hæc de ſtellis, quę in XXI. imaginibus à zodiaco in ſeptentrionem uergentibus conſtituuntur, dicta ſunt, quæ ex CCCLX. ſtellis configurantur, quarũ tres limpidæ ſunt, clariores cęteris XVIII. una nebuloſa, occultæ nouem.

## DE ORTV ET OCCASU duodecim ſignorum & eorum figuris.

### Ortus ſtellarum Arietis.

ARies princeps & dux ſignorum zodiaci dicitur nobile lanigeri ſydus. Caput conuertit ad Taurũ, dorſum ad Boream, cui ſuperponitur Deltoton, per quem tranſit colurus æquinoctialis, oritur & occidit à capite. ſtellas habet XIII. quæ igitur ſunt in capite collocatæ Martis ac Saturni qualitatibus ſimiles qualitates habent. Quę in ore, Mercurium imitantur, quadam etiam ex parte Saturnum. Quæ in poſteriore pede collocantur Martis, quædam Veneris qualitatem ſequuntur.

Incipit oriri à cornu ſiniſtro aſcendente Arietis. 6

Cornu dextrum oritur aſcendente Arietis. 8

Nares Arietis oriuntur aſcendente Arietis. 13
Labia eius aſcendunt oriente Arietis. 17
Dimidia imago eius aſcendente Arietis. 24
Vropygium oritur aſcendente Arietis. 30
Coxa ſiniſtra oriente Tauri. 6
Genu ſiniſtrum poſterius aſcendente Tauri. 10
Extremum caudæ aſcendit orientibus Tauri. 12 30
Pes ſiniſter poſterior Arietis & totus Aries aſcendit oriente Tauri. 14

Aries mediat cœlum.

Incipit mediare cœlum à cornu dextro oriente Leonis. 7
Radix cornu ſiniſtri oriente Leonis. 9
Nares eius oriente Leonis. 10
Labia Arietis mediant cœlum oriente Leonis. 11
Dimidia imago orientibus Leonis. 15 30
Radix caudæ orientibus Leonis. 21 15
Extremũ caudæ & totus Aries mediat cœlum oriente Leonis. 24

OCCASVS ARIETIS.

Incipit occidere à collo orientibus Libræ. 27 30
Cornu ſiniſtrum Arietis occidit orientibus Scorpij. 0 30
Labia Arietis occidunt oriente Scorpij. 3
Cornu dextrum occidit oriente Scorpij. 4
Genu ſiniſtrũ poſterius occidit orientibus Scorpij. 6 15
Vropygium Arietis occidit orientibus Scorpij. 13 45
Finis Arietis & tota imago occidit oriente Scorpij. 17

Ortus ſtellarum Tauri.

Taurus ab antiquis ſic in cœlo formatus eſt, ut pars eius

eius poſterior tãquam à reliquo corpore abſciſſa latere uideatur.caput depreſſum quaſi ad terram deflectere uidetur.hic à tergo oritur , & occidit , flexo crure iacet,cornu ſiniſtro cum pede ſiniſtro iũgitur Aurigæ.Pleiades Suculę quæ ad Tauri abſciſsionẽ poſitę ſunt, Veneris tẽperationis eſſe dicunt̃.quamuis etiam Saturninum quiddam unà miſtũ habeãt. Stellæ autem quæ Vergilię dicũtur,Lunę & Martis naturas imitãtur.ex Hyadibus quas Latini ueteres Suculas dixere una illa fulgẽs ac rutila,quę Grę ce Lãpadias, Chaldaice Aldebaran dicitur Martiã efficaciam habet,reliquę Saturninã,quamuis etiam aliquantulum Mercurij habeat.quę in ſummis cor nibus poſitæ ſunt,ſolius Martis naturam ſequũtur ex X X X I I I. ſtellis figuratus,inter quas una eſt limpida & clarior cæteris . Tota imago X X. grad. Geminorum exoritur.

Taurus incipit oriri ab ſciſsione pectoris extrema, in qua ſunt ſtellæ dictę Pleiades, Vergilię, Athoragæ,orientibus Tauri. 12 30

Vergiliæ deſinunt oriri aſcendentibus Tauri. 16 45

Auricula dextra oritur aſcendente Tauri. 24

Vmbilicus oritur aſcendente Tauri. 24 30

Radix cornu dextri oritur aſcendentibus Tauri. 27 40

Oculus dexter in quo una Hyadum oritur aſcẽdentibus Geminorum. 5 5

Nares Tauri,in quibus duę Hyadũ,& dimidia eius imago,oritur aſcendentibus Geminorum. 6 40

Os Tauri & quarta Hyadum oritur aſcendentibus

Gemino

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Geminorum. | 8 | 20 |
| Aldebaran clara Hyadum oritur cor Tauri Sucula ſtella regia aſcendentibus Geminorum. | 9 | 30 |
| Genu dextrum oritur aſcendente Geminorum. | 12 | |
| Vngula Tauri ſiniſtra oritur aſcendentib. Gemiñ. | 19 | 40 |
| Extremitas ſuprema cornu ſiniſtri Tauri, & tota eius imago peroritur aſcendẽtibus Geminorum. | 21 | 5 |

TAVRVS.

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Incipit mediare cœlum ab abſciſsione pectoris orientibus Leonis. | 24 | 30 |
| Vergiliæ in abſciſsione uerſus umbilicum mediant cœlum orientibus Leonis. | 27 | 30 |
| Vltima Pleiadum orientibus Leonis. | 29 | 39 |
| Collum Tauri mediat oriente Virginis. | 2 | |
| Pectus mediat cœlum oriente Virginis. | 3 | |
| Suculæ in naribus Tauri mediãt cœlum orientibus Virginis. | 4 | 40 |
| Media Hyadum mediat cœlum oriẽtibus Virginis. | 5 | 30 |
| Oculus Tauri dexter mediat cœlũ oriẽtib. Virgĩs. | 6 | 30 |
| Lampadias clara Hyadũ mediat cœlum oriẽtibus Virginis | 7 | 30 |
| Radix cornu dextri orientibus Virginis. | 8 | 30 |
| Radix cornu ſiniſtri orientibus Virginis. | 10 | 30 |
| Extremitas ſuprema cornu dextri mediat cœlum oriente Virginis. | 17 | |
| Deſinit Taurus mediare cœlum ab extremitate ſiniſtri cornu orientibus Virginis. | 19 | 10 |

OCCASVS TAVRI.

Incipit occidere ab extrema pectoris abſciſsione o-

riente

| | G. | M. |
|---|---|---|
| riente Scorpij. | 9 | |
| Talus dexter occidit oriente Scorpij. | 14 | |
| Genu dextrum occidit aſcendentibus Scorpij. | 18 | 40 |
| Vergilię Pleiades incipiũt occidere oriẽtib. Scorpij. | 23 | 40 |
| Hyades Sucule incipiũt occidere oriẽtibus Scorpij. | 24 | 45 |
| Omnes Pleiades occidunt orientibus Scorpij. | 25 | 30 |
| Aldebaran clara Hyadũ occidit oriẽtibus Scorpij. | 28 | 30 |
| Auricula eius dextra & omnes Hyades occidunt orientibus Scorpij. | 29 | 20 |
| Auricula Tauri dextra occidit oriente Sagittarij. | 3 | |
| Radix cornu dextri occidit oriente Sagittarij. | 4 | |
| Radix cornu ſiniſtri occidit oriente Sagittarij. | 8 | |
| Cornu ſiniſtrũ deſinit occidere oriẽtibus Sagittarij. | 14 | 15 |
| Cornu dextrũ Tauri deſinit occidere oriẽtibus Sagittarij ĩ quo eſt ſtella cõmunis ei, & pedi Aurigę. | 19 | 40 |

Ortus ſtellarum Geminorum.

Gemini habent capita ad Boream, iunctiſq; dorſis hinc inde brachia extendũt ipſi inuicem ut amplexi ſe mutuo tenent: oriuntur inclinati ut iacentes, occidunt uero à pedibus. habẽt capita in circulo æſtiuo, & pedes in galaxia. habẽt ſtellas omnino XVIII. duæ clarius fulgentes, quinq; cæteris clariores, quarum prima limpida in capite anteriore Geminorum à Chaldæis Anelar dicta, à Græcis Apollinis aſtrũ, Mercurio ſimilis eſt. altera quæ in capite poſteriori fulget eius qui Cancro eſt ꝓximus à Chaldęis Abrachaleus, à Gręcis Herculis ſtella cognominata, Martis habet qualitatem: quæ in femoribus collocãtur, Saturno ſimiles ſunt. quæ uero ad pedes Geminoꝝ

ſunt conſtitutæ, ſimiles Mercurio uires habent, quadam etiam ex parte Venerem imitantur.

Primus Geminorum, id eſt, anterior, incipit oriri à manu ſiniſtra lyrifera aſcendentibus Geminorum. 23 40

Pes ſiniſter anterioris oritur aſcēdentib. Geminorum. 27 30

Genu ſiniſtrum primi oritur aſcendente Geminorum. 30

Caput primi Geminorum oritur aſcendentib. Cancri. 2 5

Pes dexter anterioris Geminorum oritur aſcendente Cancri. 3

Quæ eſt inter duos humeros eiuſdem oritur aſcendentibus Cancri. 5 40

Humerus dexter primi oritur aſcēdentibus Cancri. 8 40

Pes dexter poſterioris Geminorum oritur aſcendēte Cancri. 9

Caput poſterioris Gemin. oritur aſcēdente Cancri. 10

Latus ſiniſtrū poſterioris oritur aſcēdentib. Cancri. 11 30

Humerus dexter poſterioris oritur aſcend. Cancri. 13

Coxa dextra eius oritur aſcendente Cancri. 14

Tota imago Geminorum oritur aſcendētibus Cancri. 18 20

GEMINI.

Primus Geminorum incipit mediare cœlum à pede ſiniſtro orientibus Virginis. 26 30

Pes dexter primi Geminorū mediat cœlum oriente Virginis. 30

Pes dexter poſterioris Geminorum mediat cœlum aſcendente Libræ. 1

Genu ſiniſtrū anterioris mediat cœlū oriēte Libræ. 2

Pes ſiniſter poſterioris mediat cœlum orien. Libræ. 3

Genu ſiniſtrū poſterioris mediat cœlū orien. Libræ. 6 15

Clunes

| | | |
|---|---|---|
| Clunes anterioris mediant cœlum oriẽtibus Libræ. | 7 | 15 |
| Manus lyrifera orientibus Libræ. | 8 | 30 |
| Ilium ſiniſtrum poſterioris orientibus Libræ. | 9 | 15 |
| Caput anterioris mediat cœlum orientibus Libræ. | 11 | 20 |
| Caput poſterioris, à quo deſinunt mediare cœlum, oriente Libræ. | 14 | |

OCCASVS GEMINORVM.

| | | |
|---|---|---|
| Pes ſiniſter poſterioris Ge. occidit oriẽte Sagittarij. | 23 | |
| Pes dexter eius occidit orientibus Sagittarij. | 23 | 45 |
| Pes ſiniſter anterioris Geminorum occidit aſcendentibus Sagittarij. | 24 | 20 |
| Pes eius dexter occidit oriente Sagittarij. | 27 | |
| Coxa dextra poſterioris occidit oriẽti. Capricorni. | 1 | 15 |
| Genu ſiniſtrũ anterioris occidit oriẽtib. Capricorni. | 3 | 30 |
| Clunes amborum occidunt oriẽtibus Capricorni. | 7 | 40 |
| Dimidiũ Geminorꝝ occidit orientibus Capricorni. | 10 | 30 |
| Brachiũ lyriferę manus occidit oriẽtib. Capricorni. | 19 | 40 |
| Manus lyrifera occidit orientibus Capricorni. | 22 | 40 |
| Caput poſterioris Gemin. occidit oriẽt. Capricorni. | 25 | 30 |
| Caput anterioris occidit aſcendentibus Capricorni & tota imago. | 28 | 45 |

Ortus ſtellarum Cancri.

Cancer reſpicit Leonem, pedes extendit uerſus polum arcticum. Venter eius reſpicit terram. oritur & occidit à poſteriori parte corporis. hũc diuidit colurus ſolſtitialis, in quo ultimus à ſole deſignatur circulus æſtiuus: & ſtellæ, quæ formant Cancrũ, ſunt numero XIII. inter quas eſt una nebuloſa Præſepe à noſtris uocata, à Chaldæis Meelph, à Græcis

Nepheloides ſyſtrophe, Martis Lunæq́ꝫ uires habẽs. Stellæ autẽ quæ uocãtur Aſini ad ipſum præſepe conſtituti, Marti & Soli ſimiles eſſe perhibentur. Quæ ſuper Chelas, Saturni & Mercurij qualitatem imitantur. Quæ uero in pedibus, Mercurij, & parũ Martis. Totus exoritur cum XIII. Leonis grad.

Carchinus ardẽs incipit oriri aſcẽdentibus Cancri. 17 30

Pes ultimus ſeptẽtrionalis oritur aſcendent. Cancri. 21 15

Aſinus ſeptentrionalis aſcendit oriente Cancri. 28

Præſepe oritur, & ſic dimidia imago aſcend. Cancri. 29 30

Aſinus meridionalis aſcendit orientibus Leonis. 0 30

Pes ultimus meridionalis Cancri oritur aſcendentibus Leonis. 1 30

Chela dextra cum tota imagine Cancri oritur aſcendente Leonis. 9

CANCER.

Incipit mediare à radice ultimi pedis ſeptentrionalis orientibus Libræ. 18 45

Pes ultimus meridionalis mediat cœlũ oriẽte Librę. 20

Præſepe mediat cœlum orientibus Libræ. 22 30

Duo Aſini mediant cœlum oriente Libræ. 25

Deſinit mediare cœlũ à Chela ſeptentrionali orientibus Libræ. 28 40

OCCASVS CANCRI.

Incipit occidere à meridionali Chela orientibus Capricorni. 16 30

Præſepe incipit occidere orientibus Capricorni. 25 30

Præſepe deſinit occidere orientibus Capricorni. 29

Aſinus meridionalis occidit orientibus Aquarij. 0 40

Aſinus borealis occidit orientibus Aquarij. 4 15

Totus Cancer deſinit occidere à Chela ſeptentrionali, hoc eſt ſiniſtra, orientibus Aquarij. 21 30

Ortus ſtellarum Leonis.

Leo reſpicit Cancrum, dorſum habet ad Boream, orit̃ à capite, ſed occidit à pedibus. habet enim duas limpidas, tres clare lucentes, nebuloſam unã, occultas duas, & numerus ſtellarũ eius eſt oĩo X X X V. nã duę, quæ ad caput Leonis, Saturno ſimiles ſunt, aliquantulum etiam Martis habent. Tres illæ, quæ Leonis collum conſtituunt, Saturno etiam ſimiles, quadam etiã ex parte Mercurio. Lucida, quæ eſt ad cor Leonis, Marti ac Ioui ſimilis eſt. Lucidæ ſtellæ, quę ad lumbũ caudamq́; Leonis formant̃ Saturno Veneriq́;, quæ in femoribus etiam Saturno ſimiles ſunt, quadam etiã ex parte Mercurio. Vident̃ etiam aliæ ſtellæ ſeptem extra formã iuxta caudam Leonis, quæ uocantur crines Beronices, & aliæ tres nebuloſæ inter duas caudas Leonis & Vrſæ maioris, in forma folij hederæ, & totus exorit̃ ſub X I X. G. Virginis. Sub hoc Leonis ſimulacrũ felici auſpicio conſtructa fuit Roma G. X I I.

Incipit Leo oriri à naribus, in quibus eſt clarum ſydus Aldiran dictum, aſcendentibus Leonis. 0 40

Os Leonis oritur aſcendentibus Leonis. 5 15

Auricula ſiniſtra oritur aſcendente Leonis. 6

Maxilla ſiniſtra Leonis orit̃ aſcendentibus Leonis. 7 15

Iuba Leonis iuxta ceruicẽ orit̃ aſcendentib. Leonis. 13 30

Pes dexter anterior Leonis orit̃ aſcẽdentib. Leonis. 15 20

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Genu dextrũ anterius oritur aſcendẽtibus Leonis. | 16 | 15 |
| Pes ſiniſter anterior Leonis orit̃ aſcẽdentib. Leonis. | 18 | 30 |
| Cor Leonis oritur aſcendentibus Leonis. | 22 | 15 |
| Dimidius Leo oritur aſcendente Leonis. | 24 | |
| Lucida in extremo dorſo Leonis oritur aſc. Leonis. | 27 | |
| Coxa ſiniſtra Leonis uerſus ilium oritur aſcendentibus Virginis. | 1 | 30 |
| Lucida in cauda, dicta Denebalazet, oritur aſcẽdente Virginis. | 10 | |
| Genu ſiniſtrum poſterioris cruris oritur aſcendentibus Virginis. | 11 | 5 |
| Totus Leo peroritur à pede ſiniſtro poſteriori oriẽtibus Virginis. | 11 | 20 |

L E O.

| | | |
|---|---|---|
| Nares Leonis incipiunt mediare cœlum orientibus Scorpionis. | 3 | 40 |
| Os Leonis mediat cœlum aſcendentibus Leonis. | 5 | 5 |
| Pes ſiniſter anterior mediat cœlũ orieñ. Scorpionis. | 7 | 5 |
| Maxilla ſiniſtra Leõis mediat cœlũ orieñ. Scorpij. | 8 | 10 |
| Iuba Leonis mediat cœlum orientibus Scorpij. | 11 | 30 |
| Rex cor Leonis mediat cœlum oriente Scorpij. | 12 | |
| Venter mediat cœlum orientibus Scorpij. | 20 | 5 |
| Dorſum Leonis mediat cœlum orientibus Scorpij. | 24 | 45 |
| Genu ſiniſtrum poſterius Leonis mediat cœlum orientibus Scorpij. | 26 | 30 |
| Pes dexter poſterior mediat cœlũ oriẽtibus Scorpij. | 28 | 15 |
| Cauda & Leo totus mediat cœlũ oriente Sagittarij. | 2 | |

O C C A S V S L E O N I S.

| | | |
|---|---|---|
| Pes dexter anterior Leonis, à quo incipit occidere, abſconditur orientibus Aquarij. | 7 | 3 |

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Pes ſiniſter anterior occidit orientibus Aquarij. | 9 | 30 |
| Cor Baſiliſcus occidit orientibus Aquarij. | 22 | 15 |
| Os Leonis occidit orientibus Aquarij. | 25 | 15 |
| Nares Leonis, in quibus Aldiran, occidũt oriente Aquarij. | 29 | |
| Maxilla ſiniſtra occidit oriente Piſcium. | 4 | |
| Pes dexter poſterior occidit oriente Piſcium. | 10 | |
| Dimidius Leo occidit orientibus Piſcium. | 12 | 15 |
| Iuba Leonis occidit oriente Piſcium. | 17 | |
| Coxa ſiniſtra occidit oriente Piſcium. | 23 | |
| Lumbi extremum dorſum occidunt oriẽte Arietis. | 9 | |
| Cauda Leonis & totus Leo occidit oriẽtib. Arietis. | 11 | 40 |

## Ortus ſtellarum Virginis.

Virginis ſignum alatum in cœlo formatũ eſt, caput iuxta poſteriorẽ partẽ Leonis habẽs, manu dextra quæ & ſpicas tenet, circulum ęquinoctialẽ tangens, infra pedes Bootis uidetur collocatum, & ſupra Coruum & Hydræ caudam. oritur & occidit à capite priuſquã reliquis membris. ex XXVI. ſtellis uidetur configuratum, quarũ limpida una, duę clariores cæteris, ad cuius caput & apicem auſtralis alę ſtellæ cõſtitutæ Mercurij naturam referunt, habẽt etiam Martis aliquantulũ, reliquę ſtellę ad eiuſdem alæ ſimiliter, quæ ad pudenda figurãtur, Mercurij & aliqua ex parte Veneris naturam ſequũtur. ſtella lucida, quæ ad alam ſeptentrionalem, quę Vindemitor dicit̃ à noſtris, à Græcis Protrigeter, à Chaldæis Amulcedie alaraphs, Saturni Mercurijq́ qualitates habet. quæ autẽ uocat̃ à noſtris Spica, à Græcis

Stachys,

Stachys, à Chaldæis Azimon, Veneris qualitatẽ retinet, habet etiam Martis aliquantulum. Quę eſt ad ſummos pedes, quęq́ dicũtur in ipſa ueſte cõſtitutę Mercurio quadam ex parte Marti ſimiles eſſe perhibentur. Tota exoritur cum G. X X I X. Libræ.

| | | |
|---|---|---|
| Virgo incipit oriri à uertice aſcendentib. Virginis. | 13 | 45 |
| Os Virginis oritur aſcendentibus Virginis. | 16 | 45 |
| Oculus dexter oritur aſcendentibus Virginis. | 17 | 10 |
| Ala ſiniſtra Virginis oritur aſcendẽtibus Virginis. | 17 | 45 |
| Vindemitor in ala dextra Virginis oritur aſcẽdentibus Virginis. | 25 | 40 |
| Humeri eius oriuntur aſcendente Virginis. | 27 | |
| Zona eius oritur aſcendentibus Libræ. | 0 | 10 |
| Apex alæ ſiniſtræ oritur aſcendentibus Libræ. | 8 | 30 |
| Coxa dextra Virginis oritur aſcendẽtibus Libræ. | 10 | 40 |
| Spica oritur aſcendentibus Libræ. | 16 | 45 |
| Genu ſiniſtrum oritur aſcendentibus Libræ. | 20 | 10 |
| Pes dexter Virginis oritur aſcendentibus Libræ. | 27 | 40 |
| Pes ſiniſter in quo ſtella Alamos dicta, & tota eius imago apparet orientibus Libræ. | 29 | 10 |

VIRGO.

| | | |
|---|---|---|
| Virgo ĩcipit mediare cœlũ à capite oriẽte Sagittarij. | 2 | |
| Os eius mediat cœlum orientibus Sagittarij. | 6 | 30 |
| Baltheus eius mediat cœlum orientibus Sagittarij. | 13 | 40 |
| Finis cinguli Virgĩs mediat cœlũ oriẽtib. Sagittarij. | 16 | 30 |
| Vindemitor mediat cœlum orientibus Sagittarij. | 17 | 20 |
| Ala ſiniſtra Virginis mediat cœlũ oriẽte Sagittarij. | 19 | |
| Spica mediat cœlũ orientibus Sagittarij. | 22 | 15 |
| Coxa dextra mediat cœlum orientibus Sagittarij. | 25 | 10 |

Tota

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Tota imago áſcendit ad medium cœlum orientibus Capricorni. | 10 | 30 |

OCCASVS VIRGINIS.

| | | |
|---|---|---|
| Virgo incipit occidere ab alæ ſiniſtræ apice orientibus Piſcium. | 18 | 15 |
| Caput eius occidit oriente Piſcium. | 26 | |
| Auricula dextra occidit orientibus Arietis. | 4 | 30 |
| Os Virginis occidit oriente Arietis. | 10 | |
| Baltheus occidit oriente Arietis. | 11 | |
| Spica occidit oriente Arietis. | 12 | |
| Dimidia imago occidit oriente Arietis. | 14 | |
| Finis cinguli occidit oriente Arietis. | 23 | |
| Pes ſiniſter occidit oriente Arietis. | 30 | |
| Coxa dextra prope natem occidit oriente Tauri. | 3 | |
| Vindemitor occidit oriente Tauri. | 5 | |
| Pes dexter & tota imago Virginis occidit oriente Tauri. | 20 | |

Ortus ſtellarum Libræ.

Veteres Scorpiũ ita in cœlo effigiauere, ut duo illũ cœli ſigna occupare uellẽt, & priorem quidem eius partẽ,quæ à noſtris Libra dicitur, Chelas Græci uocauerunt,quarum una dicitur Auſtralis, altera Borealis,& eſt ita in cœlo figurata, ut æquinoctialem circulum ſuſtinere uideatur. Stellæ igitur quæ ſunt ad ſummas Chelas, quę cornua à nõnullis dicũtur, Iouiæ Mercurialisq; qualitatis ſunt. quæ ad medias Chelas,Saturniæ,quadam ex parte Martię,& ſunt ſtellæ numero VIII. quæ Libram conſtituũt,duæ clare lucentes. Tota exoritur cum G. XIX. Libræ.

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Libra incipit à Trutina oriri,oriente Scorpij. | 3 | |
| Lanx auſtralis oritur aſcendente Scorpij. | 7 | |
| Lanx ſeptentrionalis oritur aſcendente Scorpij. | 7 | 45 |
| Finis primæ Lancis oritur aſcendente Scorpij. | 14 | |
| Tota imago Libræ peroritur aſcendente Scorpij. | 19 | |

CHELAE.

| | | |
|---|---|---|
| Libra incipit mediare cœlũ ab auſtrali Lance orientibus Capricorni. | 8 | 30 |
| Trutina mediat cœlum oriente Capricorni. | 10 | 45 |
| Clara in Lance meridionali mediat cœlum orientibus Capricorni. | 12 | 50 |
| Lucida in Lance ſeptentrionali mediat cœlum orientibus Capricorni. | 16 | 5 |
| Libra tota mediat cœlum orientibus Capricorni. | 25 | 30 |

OCCASVS LIBRAE.

| | | |
|---|---|---|
| Prima Lanx in ecliptica, hoc eſt, auſtralior altera, occidit oriente Tauri. | 9 | |
| Trutina occidit orientibus Tauri. | 22 | 30 |
| Secũda Lanx.i.ſeptẽtrionalior,occidit oriẽ. Tauri. | 28 | 30 |

Ortus ſtellarum Scorpij.

Scorpius reſpicit Virginem, pedes porrigit uerſus polum utrunq;,caudam uero flectit ad Boreã,uẽter reſpicit terram,oritur rectus,occidit à cauda.circulũ hyemalem contingere uidetur,cuius latus ſiniſtrum à pede Ophiuchi premitur. omnino ex XXIIII. ſtellis cõfiguratur.quarum limpida una, XII.uero ſtellæ cęteris lucidiores,nebuloſę tres. lucidæ autem quæ in fronte Scorpij ſunt Martias uires habẽt, Saturni etiam aliquantulum. è tribus ſtellis in Scorpij dorſo

dorſo diſtinctis, media illa rutila Martia eſt, aliquantulum etiam Iouia, & à Græcis dicitur Antaris, à recentioribus Latinis cor Scorpij. Quæ caudæ internodijs ſitæ ſunt, Saturniæ, quadã ex parte Mercuriales, quæ in aculeo Mercuriales Martiæq́ꝫ, quę ſequuntur nebuloſa caterua Martis Lunæq́ꝫ naturã ſequũtur. has ſtellas in nebula hac conſtitutas Chaldæi uocant Alacha. Totus exoritur cum grad. XIIII. Capricorni.

| | G. | M. |
|---|---|---|
| Scorpius incipit oriri à clara in oculo dextro aſcendentibus Scorpij. | 24 | 45 |
| Media in fronte oritur aſcendentibus Scorpij. | 25 | 15 |
| Radix Chelæ ſeptentrionalis ſurgit orien. Scorpij. | 26 | |
| Oculus ſiniſter aſcendit orientibus Scorpij. | 28 | 10 |
| Chela ſiniſtra aſcendit orientibus Sagittarij. | 0 | 15 |
| Limpida in dorſo, dicta Rex cor, aſcendit oriente Sagittarij. | 5 | |
| Primus nodus caudæ aſcendit oriẽtibus Sagittarij. | 17 | 30 |
| Dimidium Scorpionis aſcendit orientib. Sagittarij. | 19 | 5 |
| Nodus caudæ ſecũdus aſcẽdit oriẽtibus Sagittarij. | 23 | 30 |
| Nodus tertius aſcendit oriente Sagittarij. | 30 | |
| Aculeus caudæ aſcendit orientibus Capricorni. | 1 | 45 |
| Totus orit̃ à quinto nodo caudę aſcen. Capricorni. | 14 | |
| S C O R P I V S. | | |
| Chela meridionalis mediat cœlũ orien. Capricorni. | 18 | 30 |
| Oculus dexter Scorpij mediat cœlũ oriẽ. Aquarij. | 7 | |
| Chela ſeptẽtrionalis mediat cœlum aſcen. Aquarij. | 8 | 15 |
